

# SYNODUS
## DIOECESANA
## SANCTÆ SEVERINÆ

AB ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D.

## FRANCISCO FALABELLO

PATRITIO LACUNIGREN.
CIVE ROMANO.

## ARCHIEPISCOPO.

*Celebrata Annō Domini M.DC.LXVIII.*
*Die XXVIII. Octobris.*





ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. M.DC.LXIX.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

# ORDO TITVLORVM
## Præſentis Synodi.



a 2 De

FRAN:

# FRANCISCVS FALABELLVS

## Dei, & Apostolicæ Sedis gratia

## ARCHIEPISCOPVS S. SEVERINAE.

*Vniuerso Clero suo salutem, & pacem in Domino sempiternam.*



OPTABAMVS sanè, quanto citiùs primam Synodum Diœcesanam, proùt tenemur, ad præscriptum Sacrosanctæ Oecumenicæ, & Generalis Trid. Synodi, sess. 24. cap. 2. in hac nostra Sanctæ Seuerinę Metropolitana Ecclesia celebrare, cum iàm de anno 1660 die 2. Martij placuit ineffabili Redemptoris Domini Nostri Iesu Christi bonitati, cui proprium est infirma Mundi eligere, vt fortia quæque confundat, & dexteræ suæ potentia, debilia facere fortia, onus Angelis humeris formidandum, humilitati nostræ, viribus licèt, & meritis, longè imparibus committere, materiam, & decreto oppurtuna, cæpimus preparare. Verum frequentes, nostræ Diœcesis, molestiæ ità Nos hactenus interpellarunt, vt nedum prorsus à studijs animum abduxerint, sed eum etiam morosis negotijs implicitum, ad Diœcesanam Synodum meditandam, & conscribendam simul auerterint.

Sed, Diuina fauente Clementia, nè antiquus ille humani generis hostis præcipitent hæreditatem Saluatoris nostri Iesu Christi, pretioso Sanguine redemptam, quam immensa eius misericordia, nostræ concredidit humilitati, immò eadem in dies bonorum operum cumulo, ditescat, omnem pastoralem operam duximus, vt tandem boni Villici dignati nomine, fideli cum familia super omnia bona Domini constituamur.

Quod igitur huius temporis ratio, & muneris nostri vigilantia admonet, Pastorali solicitudine Vobis in medium proponimus, non quod venit ex propria mente loquentes, sed quæ ad Nos per sacrarum Scripturarum, Sanctorumque Patrum documenta,

menta,& præcipuè Sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, Conciliorũ Generalium, & nouissimi Trid. Decreta deuenerunt, per quæ sancitum est, quod Diœcesanæ Synodi in qualibet Diœcesi conuocarentur, quibus Ecclesiarum Pastores, deprauatis Subditorum moribus, & commissæ sibi plebis excessibus, dignè mederentur, prouiderent. Ideò Nos eo Pastoralis officij spiritus excitati, absoluta pluries vniuersæ Diœcesis nostræ visitatione, cum animo insideret nostro, cura illa per Sophoniam Prophetam c. 1. vt prius Ierusalem in lucernis scrutentes, lustrato ouili, deque ouium morbis certiores facti, ibi manus admoueremus, vbi Medici artem vulnera deposcerunt. Presenti Edicto Synodum indicemus, ac denunciamus ad diem 28. Octobris, In quo Inciderit festum Sanctorum Apostolorum Simonis; & Iudæ, & erit vigilia solemnitatis Sanctæ Anastasiæ Virg. & Marr. huius Metropolitanæ Ecclesiæ Titularis, currentis anni 1668: Deo fauente celebrandam. Conuocantes, monentes, & hortantes, præcipuè Reuerendos de Capitulo, Archidiaconum, aliasque dignitates, & Canonicos huius Ecclesiæ Cathedralis, necnon Abbates, Archipresbyteros, Rectores, Curatos, Beneficiatos, etiam sine cura, ac Vicarios Foraneos, omnesque alios, qui de Iure, & consuetudine nostrę Synodo Diæcesanæ interesse debent, ijsdemque omnibus, & singulis in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub pęna suspensionis à diuinis, & alijs iuxtà Sacrorum Canonnm decreta, iubemus, vt ipsi cum Clericali habitu talari, tonsura, superpelliceis etiam mundis, prædicta die, summo manè ad Dięcesanam Synodum, quam in nostra Cathedrali Ecclesia celebrabimus, conueniant; Idque non a lij eorum nomine, sed ipsimet, nisi legitima causa, quam probare debent, coram Nobis, impediti sint pręstent, quo casu Procuratores, qui ipsorum vices gerent, si mittere distulerint, non accedentinm pęnas de iure, & arbitrio nostro reseruatas, incursos, se sciant. Indè autem cum conuenerint, nè cuiquam, nisi impetrata à Nobis scripto facultate, discedere liceat, vt Dei ope, atque auxilio ea decernantur, quæ ad animarum salutem, & diuini cultus incrementum, clerique disciplinam pertinere iudicabimus, eos autem, quibus cura imminet animarum, durante hoc absentiæ tempore,

pore, vt alicui Sacerdoti ad confessiones audiendas à Nobis approbato, eorum Ecclesias commendatas relinquant, monemus, item Sindicos,& Electos huius Ciuitatis, aliarumque Terrarum nostræ ditioni subiectos,aliosque, siuè Clericos,siuè Laicos,ad quos de iure, vel consuetudine spectat Diœcesanæ Synodo interesse, requirimus, vocamus, & hortamur in virtute sanctæ Obedientiæ, vt prædicta die, & hora in Ecclesia nostra aduneutur,vt Diuino afflante Numine,SanctamSynodum celebremus,quam vsq: ad hanc diē dictasob causas distulimus Insuper ex quo Sanctissimus DominusNoster Clemens PP.IX: vt tam pium, ac proficuum opus, spiritualibus fauoribus, & gratijs prosequeretur, dignatus est largiri Indulgentiam plenariam, & remissionem peccatorum,omnibus Christifidelibus, vtriusque sexus, contritis & confessis, ac sacra Communione refectis, visitantibus hanc Ecclesiam Cathedralem, durante Synodo, tenoris vt infra.

CLEMENS PAPA IX.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus in Ecclesia Cathedrali Sanctæ Seuerinæ sacra prima Synodus, propè diem benedicente Domino,celebranda sit, Nos vt opus tam pium maiori cum fructu fiat; Omnibus vtriusque sexus Christifidelibus, verè peniten. & confessis, ac sacra communione refectis,qui prædictam Ecclesiā die,qua dicta prima Synodus inchoabitur,ac in omnibus,&singulis actualis illius celebrationis diebus, deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccarorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditèr in Domino concedimus;præsentibus post celebrationem dictæ Synodi minimè valituris.Volumus autem, quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seù publicatione præsentium, aliquod,vel minimum detur,aut spontè oblatum recipiatur,præsentes nullæ sint.Dat.Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 17. Septembris 1668. Pontificatus nostri anno secundo.Gratis pro Deo, etiam script. I.G. Slusius.

Enixè

Enixè itaque hortamur omnes,& singulos in visceribus Iesu Christi Domini nostri,& sub obtestatione Diuini Iudicij,quod nemò sit adeò immemor propriæ salutis,& contemptor Diuinarum gratiarum, quæ gratis offeruntur, qui hanc opportunitatẽ consequendi plenariã Indulgentiam, & remissionem peccatorum prætermittat, quam forsitan amplius non sortietur in eius vita, sed amplexemur salubre consilium Apostoli Pauli, Doctoris Gentium,Dum tempus habemus,operemur bonum, & cum S.M.Ecclesia, Ecce nunc tẽpus acceptabile,ecce nunc dies salutis, emendemus in melius, quæ ignorantèr peccauimus,nè subitò præoccupati die mortis,quæramus spatium pęnitetiæ, & inuenire non possimus. Pręterit enim figura huius Mundi.

Et vt à Deo bonorum omnium largitore exordiamur,ipsius imploranda est dextera, vt sanctum opus Synodale incipiat, perficiatque, volumus, ac mandamus, quod in nostra Cathedrali Ecclesia,cęterisq; alijs Ecclesijs Matricibus nostræ Diœcesis,omnibus diebus festiuis post præsentium publicationem, recitentur Litaniæ Sanctorum cum suis Precibus,& sacrosanctum Missæ Sacrificium ad Sancti Spiritus flammam impetrandam quinta feria hebdemadæ antecedentis præfatæ Synodo, Patri luminum litare non renuant, vt lucerna cordi, & lumen semitis nostris sit Deus. De quibus omnibus, nè alicui excusationi sit locus; Præsens. Edictum, manu nostra subscriptum, sigilloque munitum,in Valuis nostræ Eclesiæ Cathedralis affigi præcipimus,& statim de loco ad locum trnsmitti à Reuerendis Vicarijs Foraneis,prout descripta sunt à tergo retenta per eos copia publicanda in primo die festiuo post &c. Necnon in Valuis Ecclesiæ affigen. quam affixionem vim habere volumus,ac si personalitèr singulis intimata esset. Dat. ex Palatio nostro Archiepiscopali Sanctæ Sauerinæ hac die 9. Octobri 1668. Pontificatus autem Sanctissimi Dñi N. CLEMENTIS Papa IX. anno secundo;Præsulatus verò nostri anno IX.

*Franciscus Archiepiscopus Sancta Seuerinæ.*

SESSIO

# SESSIO PRIMA

## CELEBRATA DIE XXVIII. OCTOBRIS. MDCLXVIII.

## De obseruandis in præsenti Synodo.

*FRANCISCVS FALABELLVS Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Seuerinæ.*



PERIMVS tandem portas Synodales, vt ingrediatur gens iusta custodiens veritatem; vetus error, si quis est, abeat, seruemus pacem, dum qui supernam diligimus Syon, Conuentum facimus, vt gaudeant filij nostri, surgant, & repleantur ab vbere salutarium constitutionum eius. Isa. c. 26 Idē c. 66

Omnis Prælationis, & sublimis loci fugiatur ambitio, nō exaltetur cor: neuè elati sint oculi, non incedant in mirabilibus super se, qui humilis Christi sectantur vestigia, à quo si aliquādo, nunc maximè discere debemus, mites esse, & humiles corde. Ps. 130. Matth. c. 11.

Proindè si comperit aliquem non in suo ordine sessurum, incessurum, vel nominandum, nemini ius aliquod acquiri, vel præiudicium inferri decernimus, sed in omnibus, ac per omnia vnumquemque post Synodi celebrationem permansurum, sicut antea reperiebatur. Vocati coram Nobis accedant; ad sessiones, hora indicta, sollicitè adueniant, per Ciuitatem nè vagentur; modestè, grauitèr, decentique habitu incedant; Rixas, iurgia, strepitusque euitent; Absque nostra licentia non discedant; mentem, oculosque ad ea, quæ proponuntur, conuertant: assiduas ad Deum preces, pro felici Synodi exitu, effundant, & dum in Ciuitate nostra morabuntur, se præbeant exemplum bonorum operum, & vti Ministros Christi irreprehensibiles. Concil. Constāt. sess. 2. Trident. sess. 2. Mediol. 5 quę ad Synod. spectāt.

# De Examinatoribus Synodalibus.

QVoniam in vnaquaque re, benè auspicanda, & felicitèr gerenda Ministris apprimè opus est, quorum prudentia, & solertia perficiatur, sacri insuper Conc. Trid. præscriptis accedentibus, vt boni testimonij, & Spiritu Sancto pleni, eligantur viri, qui Synodalia obeant munia.

Sess. 24. de refor.

Cum autem maximè sit necessarium, vt ad Ecclesiastica Beneficia, & animarum prefecturam euehantur, qui prætèr alia necessaria requisita, morum prudentiæ, & scientiæ prærogatiua, alios excellant; proindè in eorum electione Doctorum, purgatissimique oculi homium requiratur opera, qui illos, sicut iuramento se obstringent, omni humana posthabita passione, soloque Deo ob oculos posito, diligentissimè examinent, quosque matura discussione dignos inuenerint suis approbent suffragijs, & cum etiam per Sac. Conc. Tridentinum præcipiatur, vt in Diœcesana Synodo sex ad minus Examinatores eligantur; Ideò ad Promotoris instantiam fuerunt pronunciati Synodales Examinatores infrascripti. videlicet.

Reu. D. Ioseph de Sindico V.I.D. Archidiaconus huius Ecclesiæ Cathedralis.

Reu. D. Lucas Antonius Modius V.I.D. Thesaurarius.

Reu. D. Vincentius Gerardus V.I.D. Canonicus Pœnitentiarius.

Reu. D. Ioseph Galluccius V.I.D. Canonicus.

Reu. D. Io. Vincentius Infusinus Canonicus.

Reu. D. Iulius Pisanus Parochus Sancti Nicolai huius Ciuitatis.

Reu. D. Antonius Oliuerius V.I.D. à Cutro.

Reu. D. Ioseph Palmerius Parochus Sancti Nicolai, à Cutro.

Reu. D. Io. Victorius de Floribus Cantor à Cutro.

Reu. D. Ioseph de Rosis V. I. D. Archipresbyter Roccæ Bernardæ.

Reu. Abbas D. Marcus Antonius Bernardus, Parochus Sancti Nicolai Roccæ Bernardæ.

Reu. D. Lælius Scandalis V. I. D. à Policastro.
Reu. D. Ferdinandus Campitellus V. I. D. à Policastro.
Reu. D. Iulius Antonius Giglius Archipresbyter Misuracæ.
Reu. D. Io. Antonius Iulianus Archipresbyter Castri Sancti Mauri.
Reu. D. Io. Laurentius Massa Archipresbyter Scandalis.
Reu. D. Marcus Antonius Scolerius, Parochus Astiliæ.
Promotor Fiscalis fuit destinatus Reu. D. Andreas Cocus Parrochus Sanctæ Mariæ de Puteo huius Ciuitatis.
Secretarius Reu. D. Franciscus Antonius Grotteria Canonicus huius Ecclesiæ Cathedralis, & Notarius Apostolicus.

## Iudices Synodales.

Reu. D. Ioseph de Sindico V. I. D. Archidiaconus dictæ Ecclesiæ Cathedralis.
Reu. D. Lucas Antonius Modius V. I. D. Thesaurarius.
Reu. D. Ioseph Galluccius V. I. D. Canonicus.
Reu. D. Vincentius Gerardus V. I. D. Canonicus Pœnitentiarius.
Reu. D. Io: Vincentius Infusinus Canonicus.

## Testes Synodales.

Reu. D. Ioseph de Sindico V. I. D. Archidiaconus huius Ecclesiæ Cathedralis.
Reu. D. Marcus Antonius Letus V. I. D. Decanus.
Reu. D. Angelus de Luca Cantor.
Reu. D. Lucas Antonius Modius V. I. D. Thesaurarius.
Reu. D. Franciscus Carpenterius Primicerius.
Reu. D. Dominicus Cunidius Archipresbyter.
Reu. D. Vincentius Girardus V. I. D. Canonicus Pœnitentiarius.
Reu. D. Lucius Zurlus Canonicus, & Cæremoniarum Magister.
Reu. D. Ioannes Fellapane Canonicus.

Reu. D. Hyacintus Grotteria Canonicus.
Reu. D. Marcus Antonius Cerentia Canonicus.
Reu. D. Dominicus Bonafides Canonicus.
Reu. D. Marcus Aloe Canonicus.
Reu. D. Ioſeph Galluccius V. I. D. Canonicus.
Reu. D. Lælius Martinus Canonicus.
Reu. D. Dydacus Ferrarius Canonicus.
Reu. D. Antonius Curcius Canonicus.
Reu. D. Io. Angelus Galloctus Canonicus.
Reu. D. Andreas Cozza Parochus Sancti Io. Baptiſtæ.
Reu. D. Ianuarius Arena Parochus Sanctæ Mariæ Magnæ.
Reu. D. Iulius Piſanus Parochus Sancti Nicolai.
Reu. D. Andreas Cocus Parochus Sanctæ Mariæ de Puteo.
Clericus Carolus Modius Beneficiatus Sanctæ Dominicæ.
Clericus Petrus Franciſcus Martini Beneficiatus Sanctiſſimæ Trinitatis.
Ego D. Iulius Antonius Giglio, Archipresbyter Miſuracæ interfui.
Ego V. I. D. D. Ioſeph de Roſa, Archipresbiter Roccæ Bernardæ, interfui.
Ego D. Vincentius Natalis Archipresbyter Policaſtri, interfui.
Ego D. Dominicus Cepalis Parochus, & Vicarius Foraneus Policaſtri, interfui.
Ego D. Saluator Gardo Parochus Policaſtri, interfui.
Ego Abbas D. Marcus Antonius Bernardi, Parochus Rocchæ Bernardæ interfui.
Ego D. Thomas Græcus Vice Parochus Eccleſiæ Matricis Miſuracæ, interfui.
Ego D. Ioannes Leonardus Molinaro, Procurator D. Ioannis Leonardi Schipani, Parochi Miſuracæ, interfui.
Ego D. Petrus Pancalli Vice Parochus Marceduſæ, interfui.
Ego D. Ioſeph Palmerius, Parochus Terræ Cutri, interfui.
Ego D. Io. Victorius de Flore, Cantor Terræ Cutri, interfui.
Ego D. Michael Angalus Zurlus Archipresbyter Roccæ Neti, interfui.

Ego D. Carolus Pedacius Vice Parochus Loci Cutroncorum interfui.
Ego D. Io. Laurentius Massa, Archipresbyter Scandalis, interfui.
Ego D. Franciscus Longo Vicarius Foraneus Scandalis, interfui.
Ego D. Io: Antonius Iulianus, Archipresbyter Sancti Mauri, interfui.

# De Fide Catholica, eiusque professione emittenda.

## PROOEMIVM.

CVM super muros Hierusalem, nimirùm huius Sanctæ Seuerinæ Ecclesiæ Diœcesis, infirmitatem nostram posuerit Diuini altitudo Consilij, eo animum collimauimus, vt tota die, ac nocte, cum commisso Nobis grege, non taceamus laudare nomen Domini, castigatorum scilicèt Symphoniæ morum, quam cælestis Pater familias, in deperditi filij reditu, requirit. Et quia fides est fundamentum, supra quod catholici consurgit altitudo ædificij, sine qua impossibile est placere Deo: Ab hac auspicandum est, vt iure optimo sanxerunt Sancti Patres. Sciant ergo curæ nostræ concrediti filij, quod cum humanarum caliger oculus rationum, in diuinis contemplandis arcanis, solum fidei obtutus perspicuè cernunt, vbi pascat, vbi cubet in Deitatis meridie, incompræhensibilis ille Ecclesiæ sponsus, quem ante luciferum in splendoribus Sanctorum, intellectuali ex vtero Pater genuit. Fidem, illum esse candorem, quo Ecclesiasticæ columbæ pennæ deargentantur, lauacrum singulare, quo Christus exhibet sibi sponsam, non habentem maculam, neque rugam. Hanc quam auditus per Dei verbum concipit, & per quam Christus formatur in nobis, teneamus vsque ad mortem, vt detur nobis corona gloriæ. Non circumferamur omni doctrinæ vento, qui irruit à regione deserti

Isai. 62. Luc. 15. Heb. 11. Cant. 1. Ps. 109. Psal. 67. Ephes. 5. Rom. 10. Gal. 4. Apoc. 2.

Ephes. 4. Iob 1. ferri ad concutiendos quatuor angulos domus nostræ. Nihil dissonum à Magistra Romana Ecclesia sentiamus, cum ipsa
2. Cor. 10 captiuum ducamus intellectum, in obsequium fidei.

Iacob. 2. Verum, ne quis de sola sibi fide blandiatur, illud alta mente retinendum, fidem bonorum operum expertem, frigidum
Galat. 5. esse cadauer; fides enim sine operibus mortua est; illa autem, quæ viua est fides, per dilectionem operatur. Hinc Pater in
Luc. 15. acquisitione filij anulum, fidem scilicet in manum eius tradendum iubet, vt fides operibus societur.

Hanc viuam, & operatricem fidem, Clero præcipuè, cui
Psal. 10. ceciderunt sortes in præclaris, amplexandum inculcamus, vt plebs nobis commissa, illorum exemplo, fiat gens sancta, po-
1. Pet. 2. pulus acquisitionis.

Rom. 10. Vt autem, quod corde credimus ad iustitiam, ore confitea-
Sess. 25. cap. 2. de refor. mur ad salutem, in ipso limine Synodali, ab omnibus fidei
Concil. Nicen. confessionem præmittendam edicimus, quam olim Sacri Con-
Concil. Magunt. cilij Niceni Patres, ab omnibus Christi fidelibus credendam
Concil. Trident. præceperunt; & fel. record. Pius IV. omnibus Christianis pro-
sess. 3. c. 1 ponendam declarauit, tanquam principium illud, in quo om-
Pius IV. an. 1564. nes, qui fidem Christi profitentur, necessario conueniunt, ac
In iuncta 1. firmamentum, præter quod, teste Apostolo, Nemo potest aliud
Cor. 3. ponere, contra quod inferni portæ nunquam præualebunt, quia
Clem. 1, de sũma Trinit. fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix om-
1. Cor. 3. Heb. 11. nis iustificationis; Et colluctatio cum sit nobis aduersus spiri-
Ephes. 6. tuales nequitias, oportet in omnibus fidei scutum assumere in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere, cuius sanæ fidei, professionisque modum, & tenorem, ne quisquam in posterum subditorum nostrorum ignoret, in principio huius nostræ Synodi inserendum, curauimus, videlicet.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S.R.E. vtitur videlicet.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum; Et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, Qui propter

nos

nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

Item Sacram Scripturam, iuxtà eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxtà vnanimen consensum Patrum, accipiam, & interpratabor.

Profiteor quoque septem esse vera, & propriè Sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licèt non omnia, singulis necessaria, scilicet. Baptismum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferret, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum, solemni administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de Iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio.

Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propritiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, &

ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti; fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis, in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi.

Conſtantèr teneo, Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas, fidelium ſuffragijs iuuari.

Similiter, & Sanctos vna cum Chriſto regnantes, venerandos, atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas.

Firmiter aſſero, Imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, & venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum Principis, Succeſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à Sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à Sacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor; ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo.

Hanc veram Catholicam fidem, extrà quam, nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſpontè profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inuiolatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, & doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturam.

Ego

Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

## DECRETVM PRIMVM.

EXplicata fidei Catholicæ profeſſione, videndum eſt de his, qui illam publicè profiteri debent. Prouiſi de beneficijs quibuſcumque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis ad minus infra duos menſes in manibus noſtris, vel nobis impeditis coram noſtro Vicario generali, profeſſionem fidei emittere iuxtà ſupraſcriptam formulam.

Prouiſi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſia Cathedrali, non ſolum coram nobis, vel noſtro Vicario, ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur intra ſupradictum tempus, alioquin fructus ſuos non faciant, nec illis poſſeſſio ſuffragetur.

Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 2. de ref. Conſt. Pij IV. anno 1564. incipit. Iniunctũ Nauarr. cõſ. 8. de iureiur. Concil. Trident. loc. citat. Etiamſi Canonici eſſent exempti. Nauarr. cõſ. 9 de iureiur.

## DECRETVM SECVNDVM.

DOcentes etiam litteras publicè, vel priuatim domi ſuæ, vel alienæ, etiamſi Pedagogi ſint, vel gratis doceant, eamdem profeſſionem coram nobis, vel Vicario noſtro, antequam ad docendum accedant, facere debeant, præcedente informatione ſuper vita, & moribus. Qui verò huic decreto non obtemperauerint, ſeuerè arbitrio noſtro punientur. Vt autem id faciliùs, ac meliùs effici poſſit, ſtudioſè inquirant Parochi, quinam in ſuis Parochijs, eo docendi munere funguntur, & eorum nomina ad nos ſingulis quoque annis circa Feſtum Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti deferant. Teneaturque Cancellarius Curiæ Archiepiſcopalis in aliquem certum librum, qui in Archiepiſcopali Archiuio aſſeruetur, annotare omnes, qui profeſſionem fidei in futurum præſtabunt.

Concil. ſeſſ. 25. c. 2. in fin. Conſt. Pij IV. de qua ſup.

## DECRETVM TERTIVM.

NEmini Regulari in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui Ordinis, concionari liceat, antequam coram nobis, vel Vicario noſtro eamdem fidei profeſſionem, iuxtà præſcriptam formulam præſtiterit, niſi probet ſcripto teſtimonio, atque obſignato, ſe illam alias in noſtra Diœceſi præſtitiſſe.

# SESSIO SECVNDA

## DIE XXIX. OCTOBRIS.

## De Fidei rudimentis, & Doctrina Christiana.

## PROOEMIVM.



Isai. 49. RVDELIS sanè mater illa, quæ obliuisci potest infantem suum, vt non misereatur filio
Tren. 4. vteri sui, pati, vt adhæreat lingua lactentis ad
Prou. 1. palatum eius insiti. Equidem Patre misericordiarum nos adiuuante, non claudeamus viscera
Ibid. c. 9. super filios nostros. Sapientia clamabit in plateis, & paruulos vocabit ad arcem fidei, & ad mœnia Ecclesiæ, vt lacte rudimentum primum potet; indè solidiori esca
Tren. 4. saginet; Omne itaque studium eo dirigemus, vt ij, quos ratio
Isai. 66. expostulat, nutriantur in croceis cælestis doctrinæ. Ignorantiæ stercora non amplexentur.

### DECRETVM PRIMVM.

Psal. 118. INterim Parentes enixè hortamur, & in Domino obtestamur,
Psal. 18. vt moneant, alliciant, & vrgeant filios suos intrare in Domum Regis, vt fidei illius delicijs affluant, hæreditate acquirant testimonia eius dulciora super mel, & fauum. Doceant illos ab infantia suaui Christi iugo subdere colla, tyrocinia Christianæ militiæ non detrectare. De hoste minimè triumphos laturos, nisi prius in Ecclesiastica palestra bellandi artes edocti, armisque assueti. Sciant Parentes surdo si aure, nostra monita præterierint in die vltimi examinis, rationem Deo de filiorum interitu reddituros.

## DECRETVM SECVNDVM.

OMnibus diebus Dominicis Parochi sub pœna librarum quinque ceræ albæ elaboratæ, pro qualibet vice, in Ecclesijs tempore opportuno, vt magis eis videbitur, siue per se, siue per alios Sacerdotes, aut Clericos in Sacris constitutos idoneos fidei Christianæ rudimenta nescientes edoceant, moneant etiam parentes, & Dominos, vt eorum filios, & famulos huius salutis æternæ institutis imbuant, vel ab alijs docendos curent, & peculiarem libellum conficiant, in quo puerórum, & puellarum, suæ curæ subiectorum nomina descripta habeant, vt possit faciliori modo deprehendere, qui doctrinæ Christianæ sint ignari, & sæpè infra annum inquirent, an aliquis intra suæ curæ limites reperiatur addiscere recusans fidei rudimenta, ad salutem necessaria.

## DECRETVM TERTIVM.

COnficiant pariter Curati librum, in quo nomina illorum hominum connotent, qui totam anni partem extrà Ciuitatem, vel terras transigunt, curis animalium insistendo, & semel in mense saltem per vices ad Parochias illos conuocent, vt præcepta ad salutem necessaria discant, & exerceantur in diuinis præceptis cognoscendis, & misterijs Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Dominicæ, eosque instruant ad confessionem peccatorum peragendam.

## DECRETVM QVARTVM.

ADuertant Dominos horum Villicorum, ne ipsorum culpa delinquent in non assistendo Missæ sacrificio diebus festis, & incidant in pœnas contra eos, qui saltem per mensem Missam non ascultant.

## DECRETVM QVINTVM.

MAgiſtri puerorum teneantur diebus Dominicis ; ad Eccleſias illos adducere, vt ibi addiſcant rudimenta fidei, & cultum erga Deum, & morum honeſtatem, etiamſi ipſi domi alijs diebus id præſtent.

## DECRETVM SEXTVM.

ET vt facilius, & meliori modo impuberes fideì rudimentis imbuantur, præcipiant Vicarij foranei, & Parochi duobus Clericis, ſingulis diebus Dominicis,& feſtiuis de præcepto, vt poſt prandium incedant per Parochiam, pulſando tintinnabulum, clamantes alta, & intelligibili voce. ( Padri, e Madri mandate li voſtri figlioli alla dottrina Chriſtiana, ſe non ci li mandarete n'hauete da dar conto à Dio. ) Cum autem reuerſi fuerint ad Eccleſiam Clerici habeant præ manibus Doctrinam Chriſtianam vulgari Idiomate à bon. mem. Cardinali Bellarmino, iuſſu fel.record.Clem.VIII. editam,illamque non perfunctoriè, nec oſcitanter, ſed totis conatibus, pueris per orbem ſuis aſpectibus conſtitutis, doctrinam Chriſtianam legant, & alternatim de Chriſtiana doctrina ſe interrogent,per ſpatium ſaltem quartæ partis vnius horæ, & deinde Parochus alta, & intelligibili voce, recitet Pater noſter, Aue Maria,Credo, & præcepta Decalogi, ac Eccleſiæ, repetentibus eadem verba tàm Clericis, quàm pueris. Quilibet Clericus prouideatur infra menſem de Doctrina Chriſtiana, ſub pœna prædicta.

## DECRETVM SEPTIMVM.

CLerici, in hac Ciuitate Sanctæ Seuerinæ noſtri Seminarij, tàm Alumni, quàm Conuictores, quibuſuis diebus feſtiuis, Cathedralem Eccleſiam petant, qui interſint horis veſpertinis, & interim duo ex his pergant per Ciuitatem cum tintinnabulo, inuitando pueros, vt dictum eſt ſupra.

DE-

## DECRETVM OCTAVVM.

PArochi in Missa Conuentuali post offertorium, singulis diebus festiuis, vertant se ad populum, & recitent orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, fidei Symbolum, ac præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, & populus repetet eadem verba, si fieri potest, iuxtà præscriptum Pontific. Rom. in tit. de Synodo.

## DECRETVM NONVM.

QVi Grammaticam, vel legendi, scribendique leges, pueros docent, iurent in professione fidei, quando admittuntur ad docendos pueros, se illos doctrinam Christianam edocturos. Teneantur insuper efficere, vt festis diebus ad illa capessenda Ecclesiam frequentent, quæ cum edocti fuerint illis enucleatiùs omnia à Parochis explicentur.

## DECRETVM DECIMVM.

SI compertum fuerit, quod parentum iniuria, seù veriùs crudelitate, ipsorum filios Christianam Doctrinam non edoceri, diuinam vltionem experientur, quod etiam intelligimus de Viduis Matribus, ac strictioribus consanguineis, ad quos puerorum pertinet cura.

# De Sacramentis in genere.

## PROOEMIVM.

QVAM magna multitudo misericordiæ Domini, qui in humilitate nostra, memor fuit nostri, & cum inimici essemus, reconciliauit nos sibi per sanguinem filij sui, quem effudit in nos abundè, & quia nullis nostris meritis, sed im- Psal. 50. Ad Tit. 3

Luc.12. mensa clementia sua complacuit sibi, dare nobis Regnum, cum viæ, quæ ducunt ad illud, sint tenebræ, & lubricum, fecit, vt dies illucesceret, & lucifer oriatur in cordibus nostris, neue in nocte extingueretur lucerna nostra, septem accendit candelabra aurea, vt qui Ciuitatem Hierusalem ingrediuntur, lumen videant. Agnus, qui occisus est, septem his cornibus suis fidelium manus armauit. Certè non deficient in via, cum frumento, vino, & oleo. Paradisi commeatu stabilierit eos. O mira circa nos diuinæ pietatis dignatio, visibilibus Sacramentorum signis inuisibilem voluit conferre gratiam, hæc iustificat impios, sanctos corroborat, lapsos erigit, originalis, actualisque sordes, quæ sunt in pedibus filiæ Sion abluit, vt regenerata per lauacrum, fiat noua creatura, nouum figmentum. Si vulnerent nos latrones, pius Samaritanus vngit vnctione misericordiæ suæ, & sanat omnes infirmitates nostras, si arescat cor nostrum, eo quod obliti sumus comedere panem nostrum, frumentum porrigit electorum, & vinum germinans Virgines. Si aduersus nos consistant castra, exurgat prælium, vt fortes descendamus ad pugnam. Crismatis oleo fouet, & roborat.

Psal.34. Pet.2. Prou 31. Luc.11. Apoc.5. Marc 2. Gen 27. Tren.1. Tit.3. S. Leo serm. de Natiuit. Dom. 1. Cant.5. Luc.10. Psal.101. Zach. 9. Psal.26.

Psal.147. Cor.10. Verè non fecit taliter omni nationi. Sacramenta enim antiquæ legis in figura contingebant illi. Super Ecclesiam autem suam effudit omnem plenitudinem Spiritus Sancti. Præ amoris magnitudine ditauit illam omni substantia domus suæ, immò semetipsum exinaniuit, vt illam repleret in cibum, pretium pariter, & Regnum se tradidit.

Cant.8. Philip.2.

## DECRETVM PRIMVM.

CVm septem nouæ legis Sacramenta à Christo Domino instituta illa sint, per quæ omnis vera Iustitia, vel incipit, vel cepta augetur, vel amissa reparatur. Diligentissimè studeant, curam animarum habentes, in Sacramentorum administratione ità se gerere, vt eos existimet homo Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, fidelesque inueniantur, non tantum validè, sed omni, qua par est, sanctitate, pietate, & reuerentia, illa administrantes.

## DECRETVM SECVNDVM.

IN uigilent Rectores animarum, vt perfectè calleant omnia, & singula, quæ Sancta Mater Ecclesia docet, ac tenet, præsertim quæ in Concilio Tridentino decreta sunt, circa nouæ legis Sacramenta. Quorum vim, vtilitatem, effectus, vsum, atque necessitatem, sæpiùs data occasione, pro capacitate suscipientium explicent ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa Sanctissima ipsa Sacramenta, nouissimis etiam temporibus ad animarum perniciem sunt inuenta.

## DECRETVM TERTIVM.

ESsentialiter requisita ad validitatem Sacramentorum summa cum diligentia obseruent, neque negligant ritus, & ceremonias ab Ecclesia præscriptos, aut adhiberi consuetos, qui certè contemni, aut pro libito omitti, vel in nouos alios mutari, sine graui peccato, non possunt. Ideò præcipimus Parochis omnibus, vt vbique seruent Rituale Romanum iussu Pauli V. editum, quod non lacerum, vel deturpatum, sed decentis formæ apud se habeant, sub pœna vnius aurei pijs vsibus applicandi. Eosque de praxi huiusmodi rubricarum, mandamus in visitatione examinari, indoctosque grauiter puniri, etiam sub pœna suspensionis, donec fuerint sufficienter instructi. Propriæ Parochiæ infirmos, quamuis non vocati, visitent, & ad Sacramenta suscipienda præmoneant. Accersiti verò, etiam noctis tempore, statim accurrant; Quod si contingat propter eorum negligentiam, absque Sacramentis mori quempiam, pœna carceris duorum mentium, & grauioribus, pro modo culpæ plectentur.

## DECRETVM QVARTVM.

QVoniam ab Ecclesiastico ordine, omnis auaritiæ suspicio abesse debet; districtiùs inhibemus, & in virtute sanctæ obedientiæ omnibus curam animarum habentibus præcipimus, Inn.cen. 3. Febr. 1591.

ne

ne aliquid siue directè, siue indirectè pro Sacramentorum administratione petant, vel accipiant, exceptis, quæ spontè offerri solent, & hæc eadem modestè, & sine auiditatis vmbra suscipiantur. Contrarias taxas, statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quæ potiùs abusus, & corruptelæ, Simoniacæ prauitati fauentes, nuncupari possunt, penitùs cassando, atque interdicendo, & qui secus fecerint præter diuinam vltionem, pœnas à Iure inflictas incurrant.

## DECRETVM QVINTVM.

LOca, & vasa, in quibus Sacramenta, vel Sacramentalia asseruantur, sint decenter ornata, & occlusa clauibus, quas apud se Parochi habeant, neque alijs tradantur, vt omnis irreuerentiæ tollatur occasio. In Sacramentis administrandis, si quis mortifera se labe inquinatum senserit, confessione expiet, si autem opportunitas deerit, contritionis saltem actum eliciat. Superpelliceo, stola, & lumine, vbi opus est vtatur, & præstet, dum illa ministret; laici à deambulatione, risu, planctu, & tumultu interim abstineant.

Dion. c. Eccl. de Ecclesia Hierar. & epi. 8. ad Demofil. Concil. Mediol. 1. p. 2.

## DECRETVM SEXTVM.

ET vt optimè Sacerdotes Sacramentorum formas calleant, illas memoriæ mandent, sciant insuper materias, & cæteras partes illorum, Rituali sedulò studeant, Rubricas, Casus, qui faciliùs in praxi cadunt, ediscant.

## DECRETVM SEPTIMVM.

NVllus Sacerdos cuique petenti, etiam deuotionis causa, ad morbos pellendos, Sacramentalia præbeat, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Qui verò his, ad medicinas, superstitiones, & maleficia conficienda abutuntur, eodem vinculo ligamus, & pœnas contra superstitiosos, & magos indictas afficiemus.

c. Statuimus. de custod. Euchar. Pontific. Rom. de offic. Cœnæ Dom.

# De Sacramento Baptiſmi.

## PROEMIVM.

INfructuoſam humani generis ficulneam, in radice ſua vitiatam, quam excindi, & in ignem mitti cæleſtis iuſſerat Pater, tandem recordatus miſericordiæ ſuæ, vt fructuoſam redderet, corrigauit in eam luſtrales aquas Baptiſmi. Super aquam refectionis educauit ſponſam ſuam, ibi animam eius conuertit, vt quaſi platanus iuxtà aquas exaltata, fructus afferret honoris, & gratiæ, poma iuſtitiæ noua, & vetera ſeruaret ſibi, & mundans eam lauacro vitæ in verbo ſuper niuem dealbauit. Hæc eſt illa Samaritana, quam fatigatus queritans Chriſtus, ſuper Baptiſmi fontem ſedens, in vitam voluit tranſire perennem. Hic tot annis languens ille, quem ad probaticam ſanat Piſcinam. Equidem ſacræ Baptiſmi vndæ ſunt Piſcinæ Heſebon, quarum fluenta pleniſſima reſidet columba Eccleſiæ gratiæ lacte lota, quæ priùs nigrantes corui per culpam induerat plumas. Infernus Pharao deflet equites ſuos, hoc demerſos in mare, in cuius profundum Chriſtus proijcit peccata noſtra. Quicunque igitur cum Chriſto in Iordanem non deſcendit, vt ibi veterem non ſepeliat Adam, cum actibus ſuis, non videbit profectò gloriam Domini.

Luc. 13. Idem 2. Pſal. 1. Pſal. 22. Eccl. 24. Cant. 7. Ephes. 5. Cor. 4. Idem 5. Ioan. 4. Idem 5. Cant. 5. Exod. 5.

## DECRETVM PRIMVM.

BAptiſmi Sacramentum, meritò per ſacros Canones nuncupatur Ianua aliorum Sacramentorum, cum certum omninò ſit (quod verè, & propriè intelligendum, & non metaphoricè) niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei.

## DECRETVM SECVNDVM.

NEmini liceat quemquam intrà domeſticos parietes baptizare, ſed natum infantem ij, quorum eſt cura, quam-

primum ad ſuſcipiendum Baptiſmum à proprio Parocho, vel ab alio Sacerdote de eius licentia, ſi legitimè impeditus fuerit, in Eccleſiam deferendum curent. Permiſſa eſt tamen, ſi inſtet periculum, facultas baptizandi in priuatis ædibus Sacerdoti, vel ſi is abſit, ſacris initiato, vel ſi non adfuerit laicis, primò maſculo, deindè fœminæ, qui rectè nouerint formam baptizandi, quæ eſt. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Quibus verbis nihil prorſus addendum eſſe, vel minuendum, materiamque aquam naturalem, dum forma profertur, infantulo adhibendam. Qui baptizat, carnem, ſeù capitis cutem abluat, intendatque facere, quod Catholica Eccleſia facere intendit.

## DECRETVM TERTIVM.

OBſtetrices officium ſuum nè præſtent, niſi per Vicarium foraneum, ſi in Diœceſi ſint, in Ciuitate verò per Vicarium noſtrum generalem, vel alium à Nobis deputatum, ſcripto probato ſint idoneæ ad Sacramentum Baptiſmi, cum neceſſe erit, miniſtrandum, ſub pœnis noſtro arbitrio, quæ licentia gratis detur.

## DECRETVM QVARTVM.

PArochi Obſtetrices vulgari idiomate Baptiſmi formam doceant his præſcriptis verbis. *Io ti battezzo nel nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo*. Monendo etiàm, quod dicta verba proferantur eodem tempore, quo aqua infunditur ſupèr caput infantuli, vel alia parte membri, in mortis periculo, cum intentione faciendi id, quod docet Eccleſia. Si quæ verò neſciunt hanc formam, ab obſtreticandi officio arceantur.

## DECRETVM QVINTVM.

SI puer domi baptizatus fuerit, cum pro ſacramentalibus, & ſolemnitatibus complendis ad Eccleſiam deportatur, adſit

adſit is, qui eum domi baptizauit, vt ex eo Curatus intelligere poſsit, an ritè forma ab eo prolata fuerit, quod ſi de hoc dubitatur, Curatus his verbis vtatur, ſi tù es baptizatus, Ego non te baptizo, ſed ſi non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Quod ſi contrarium factum fuerit, tàm Parochus, quam is, qui domi baptizauit, & infantis parentes arbitrio noſtro punientur, idem ſeruetur in puero inuento in nemore, vel alio loco expoſito; ſine teſtimonio, vel litteris de eius Baptiſmo.

## DECRETVM SEXTVM.

PArochus, vel alius Sacerdos baptizans, caueat, nè ad infantem baptizandum, alio Chriſmate vtatur, quam eo, quod illo ipſo anno conſecratum eſt. Curet etiàm infantibus Sanctorum tantùm nomina imponi, vt cum ætate proceſſerint, nominum ſimilitudine, ad eorum imitationem excitentur; ac ſperent eos potiſſimùm ſibi ad ſalutem animæ, & corporis aduocatos fore.

## DECRETVM SEPTIMVM.

MAndamus, vt vnus tantum vir, ſiuè mulier, vel ad ſummum vnus, & vna baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant, inter quos, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, ac matrem, nec non intèr baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahitur. Excommunicatos, & eos, qui in Paſchate illius anni, peccata ſua confiteri, & ſacram Euchariſtiam ſumere omiſerint, vel Concubinarios publicos, ad leuandum quemquam de fonte nullo pacto admittimus, ſimilitèr nèc eos, qui orationem Dominicam, Angelicam ſalutationem, ac Symbolum ignorent, nèc Monachus, vel alij Religioſi admittantur, nèc qui annum decimumquartum non attingunt, vèl non ſunt Confirmati, Præcipimus paritèr, vt baptiſmalis fons ſit lapideus mundus, & vbi haberi non poteſt, ſaltem ſit æneus, eiuſque claues à proprio Parocho cuſtodiantur, ac Sacrario coniunctus, ſi commodè

Quia à S. Can. ab huiuſmo ſuſceptione arcẽtur. can. pænit 13. q. 3. de Conſecrat. diſt. 4 c Monachi.

modè fieri poteſt, vt in ipſum aqua, quæ ſuper baptizati caput infunditur, influat, nèc ad eundem baptiſmi fontem reincidere permittatur. In opertorio ligneo, quod benè clauſum eſſe volumus, ſacra Olea in vaſis argenteis ſi fieri poteſt, vèl ad minùs ſtamneis, aſſeruentur, cum Vaſculo pro baptizandis, & cum linteo mundo, ac linteolo ad abſtergendum, ac cum libro, in quo diem, menſem, & annum, & baptizati nomen, eiuſque patris, ac matris, & compatruum, etiam cognomina Curati manu deſcribantur, iuxtà formam Ritualis Romani.

## De Sacramento Confirmationis.

### P R OE M I V M.

Can. 7. Iſai. 10. Tren. 1. FIdelem animam ſupèr Baptiſmi flumen, Chriſti connubio vinctã, nè iterũ coinquinet; pedes ſuos, quos lauerat, amator ſponſus Chriſmate linit, nè ſcilicet computreſcat iugum
Pſal. 10. Ephef. 6 à facie olei, & licet ſedeat in terra, & lacrymæ ſint in maxillis eius, exilaret tamèn faciem in oleo, quo fota, contrà Mundi Principes, & Rectores tenebrarum harum in arenam deſcendat, viriliter prælia Domini præliatura, Oleo ſancto ſuo vngit eam, vt hoc myro optimo vnguentata Chriſtiana Iudith, deletis in-
Iud. 10. ferorum caſtris, cæleſtis Bethuliæ ſibi portæ aperiantur; Glorientur igitur fideles, quod Spiritus Domini ſupèr illos, eo quod vnxerit illos.

### DECRETVM PRIMVM.

CVM certiſſimum omninò ſit, Baptizatorum Confirmationem verum, ac proprium eſſe Sacramentum, & non otioſam cæremoniam, ſequitur, quod nullus ætate idoneus, illo initiari negligere poteſt. Roborat enim animam, mirumque in modum celeſtem gratiam alit, ac Diabolo, eiuſque tentationibus ad reſiſtendum inſtruit, confirmatque. Attendant ergò Rectores animarum, vt Confirmandos excitent, diſpoſitique ad hoc Sacramentum accedant, Confirmatorum librum conficiant, & obſeruentur etiàm de numero, & qualitate Patrino-

rum

rum eadem, quæ suprà de suscipientibus à sacro Fonte innuimus, quos etiàm moneant de cognatione spirituali, quam contrahunt.

## DECRETVM SECVNDVM.

PAruuli ad hanc sacram vnctionem, non admittantur, nisi quintum ad minus ætatis annum attingerint, Adulti verò si non fuerint fidei rudimentis eruditi, ac muniti Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ; Vt confirmationis iterandæ periculum euitetur in puberum, parentes diligentissimè inuestigent, vtrùm nè alias sint Confirmati.

# De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento.

## PROEMIVM.

OBstupescite Cœli, & portæ eius admiramini vehementèr, diuini amoris adinuentiones, qui in Augustissimo Eu- *Hyer. 3*
charistiæ Sacramento totum Deum, hominemque in augustissima panis, vinique specie conclusit. Verè mirificauir Dominus potentias suas, cum ditissimum Sacramentum instituens mirabilũ suorũ in illo compendia adunauit. Quis vnquam audiuit *Deut. 4.*
talia non modo appropinquare Nobis, etiam adhærere Deum, vt iàm non simus duo, sed vna caro. Ipse enim ait; Qui man- *Ioan. 6.*
ducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, *Iob 22.*
& Ego in illo. Desinant ergo insipientes conqueri, quod ille super Cardines Cœli perambulet, nec nostra considerat. Venit tandem, venit esurientes replere bonis, & proprijs pauperes suos saturare carnibus. Opiparè dapibus, an armis ornet mensam suam, quam parat in cospectu nostro aduersus omnes, *Psal. 22.*
qui tribulant nos? Terretur equidem aduersarius, cum Christiani labia Christi videt cruore rubentia, agnoscit præstò suę per *Petrus Damia.*
ditionis indiciũ, & diuinæ victoriæ, qua captiuatus est, & obtri- *ep. 147. ad Blancum.*
tus nõ tolerat instrumentũ. Verentur equidem expauescunt Dæ- *Psal. 36*
mones cætera Christi sacramenta, verùm Sanctissimam Eucharistiam maximè contremiscunt, vbi humanitas Christi, illis non feren-

ferenda, & vel ab inuitis adoranda, in maiestate sedet, vbi exurgente Deo, dissipantur inimici eius. O admirabilis Diuinæ Sapientiæ artes, voluit, vt Dæmones, qui epulis vincunt homines, epulis ab hominibus vincerentur. Meminerint ergò fideles panem Cęli, quem Nobis tradidit Dominus ad vescendum, panem esse filiorum, non canuum. Accedat ad hanc mensam Regis, anima, quæ concupiscentijs iàm domitis, Reginam se præbeat, virtutum varietate circumdatam, ex cuius ore omnia orationum aromata affluent. Quomodo autem Iudæ assecla, patente sepulcro gutturis, Paradisi margaritam deglutire audebit? Ah procul extant ab hac Cæli mensa temeratores Maiestatis, non vita pascemini, sed mors depascet vos. Hoc conuiuium intrans non indutus veste nuptiali eijcitur in tenebras exteriores.

Ioan. 6.

Psal. 44.

Psal. 48

Matt. 2

## DECRETVM PRIMVM.

CVm itaque in sacrosancto ineffabili Eucharistiæ Sacramento, ipse Auctor Sanctitatis Christus verus Deus, & homo verè, & realitèr, atque substantialitèr contineatur, nihil quod ad eius ornatum, & tutam custodiam requiritur, prætermittantur, & quàm decentissimè conseruetur. Et iubendus est populus, vt ad hoc misterium contremiscens, cum in Missarum celebratione eleuatur Hostia salutaris, genibus flexis se reuerentèr inclinet, menteque Christum adoret, facturus idem cum Sacerdos Eucharistiam ad infirmos defert. Tabernaculum, in quo Sanctissimum hoc Sacramentum conseruari debet, sit benè clausum, munitum, & optimè ornatum, interiusque panno serico coopertum, & corporale ibidem substernatur, super quo Pixis argentea, munda, & deaurata collocetur, in qua particulæ consecratæ ad minus quinque deuotè, & fidelitèr sub claui conseruentur, cum lampade etiàm semper die, ac nocte accensa, & illud Curati singulis hebdomadis renouare non omittant.

## DECRETVM SECVNDVM.

OBseruent Parochi ostiatim suorum Parochianorum nomina in Quadragesima diligentèr describere, vt agnoscere possint, quinam fideliũ Ecclesiæ præcepto paruerint, dum post octauam Paschatis per easdem domos signum, vel schedulam illis traditam ab eisdem repetent.

## DECRETVM TERTIVM.

NEmo ad sacram Communionem tempore Paschali admittitur, qui proprio Parocho peccata non fuerit confessus, vel alteri Sacerdoti à Nobis approbato, de eiusdem tamen Parochi licentia. Rectores verò texeram, seù schedam de confessione audita, & absolutione impertita nullatenùs admittant in actu communicandi, vel post cęptam Missam, nisi pridiè antè communionem, vel manè ante Missam illas pręsentauerint schedula autèm prædicta subscripta sit propria Cõfessarij manu, quæ sit nota Rectori, & munita sigillo Conuentus, si Regularis sit, aliàs fidem non faciant. Notulam eorum, qui in Paschate communionem omiserint, Parochi teneantur ad Nos deferre; post Octauam Paschatis infrà dies quindecim.

## DECRETVM QVARTVM.

REgulares non administrent in die Paschatis Eucharistiæ Sacramentum Populo, vt decreuit Sacra Congregatio 2. Martij 1619.

## DECRETVM QVINTVM.

AB hoc Sacramento suscipiendo arceantur publici peccatores, excommunicati, Concubinarij, Blasphemi, in odio indurati cum scandalo; Coniuges, sine causa, cohabitare nolentes, & alij publìci, & pertinaces peccatores, cuiuscun-

iuſcunqne dignitatis, & præeminentiæ ſint. Non enim parua Reuerendi Rectores vobis imminet vltio, & vt verbis vtamur Chryſoſtomi, ;ſi quempiam conſcium nequitiæ, huius Menſæ participem eſſe concedatis, ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur, ſiuè quis Dux militiæ ſit, ſiuè Præfectus, ſiuè Princeps diademate coronatus, indignè autèm accedat, prohibe, maiorem illo poteſtatem habes.

## DECRETVM SEXTVM.

DIligentèr inuigilent Parochi, vt omnes, & ſinguli de ſua Parochia habiles, in Paſchate Eccleſiaſticum præceptum communionem adimpleant à Dominica Palmarum, vſq; ad Dominicam in Albis incluſiuè, iuxtà præſcriptum Sac. Can. & Conc. Floren. ſub Engenio IV. Qui nonniſi in ſuo Parochiali Eccleſia de manu Parochi, aut alterius Sacerdotis de eius commiſſione, in eadem Eccleſia Parochiali, Euchariſtiam ſuſcipiendo ſatisfacient, ſed nèc Parochi cuiquam dent licentiam pro Paſchali præcepto adimplendo, in aliena Eccleſia, communicandi:

c. omnis vtriuſq; ſexus de ponit. & remiſſ.

## DECRETVM SEPTIMVM.

EX noſtra Viſitatione cognouimus, quorumdam Parochorum deſidia, pueros per multos in iàm adulta ætate conſtitutos, non adhùc inſtructos fuiſſe, pro Sanctiſſima Euchariſtia ſuſcipienda; Prætereunt enim illos plagis peccatorum affectos, nequè olei, & vini, ſacri ſcilicèt Corporis Chriſti, Samaritani exemplo remedium adhibere curant, & ſemiuiuos relinquunt. Enitantur igitur in poſterum, cum ad ætatem decem annorum peruenerint, ſi prudentia ætatem comitetur, illos inſtruere, & excellentia tanti Sacramenti capaces reddere ſub pœna ducatorum ſex, hocque officium præſtare incipiant potiſſimum à Dominica Septuageſimæ, vt tempore Paſchali iàm inſtructi reperiantur.

DE-

## DECRETVM OCTAVVM.

NOn admittant pueros, & puellas ad communionem, nisi sufficientèr de articulis fidei, præceptis Decalogi, ac Ecclesiæ, Oratione Dominica, & Salutatione Angelica instructos, & præsertim de huius Sacramenti maiestate eruditos, nequè tamen eos diù detineant, sed permaturè instruant, vèl instruendos curent.

## DECRETVM NONVM.

ET quia sunt aliqui, qui malitiosè, & ex industria eo tempore à propria patria recedentes, ad alienas partes se conferunt, vt faciem proprij Curati effugiant. Volumus, quòd isti non censeantur satisfecisse præcepto Ecclesiæ, etiam si fidem alterius Curati reportauerint, sed teneantur quandocunque redierint, infrà mensem ad summum; proprio Parocho se præstare, & adimplere præceptum Ecclesiæ sub eisdem pęnis, nèc isti absoluantur ab Interdicto, vel ab excommunicatione respectiuè, vt suprà, nisi imposita publica pœnitentia ad exemplum aliorum, & vt ipsi caueant in futurum ab huiusmodi inobedientia, & hoc decretum, qualibet prima Dominica Quadragesimæ à Curatis intèr Missarum solemnia publicetur, sub pœna nostri arbitrij.

## DECRETVM DECIMVM.

FEria quinta in Cœna Domini. Omnes Sacerdotes, & Clerici cuiuscunque status, & dignitatis in nostra Cathedrali Ecclesia conueniant ad solemne Missæ sacrificium, & in Diœcesi in Ecclesia Matrice, & suscipiant Sanctissimam Eucharistiam.

## DECRETVM VNDECIMVM.

IN nulla Ecclesia, etiam Regularium, pro causa publica, absq; expressa licentia nostra in scriptis, gratis concedenda, exponatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vt vulgò dicitur (Le Quaranta hore) pro causa autem priuata, intrà Tabernaculum exponi possit, ità vt sacra Hostia non videatur, iuxtà Decretum Sacræ Congregationis in Oratorijs autem nullo modo exponi liceat, reuocantes quamcunque licentiam hactenus concessam.

## DECRETVM DVODECIMVM.

QVando publicè Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ad orationem exponitur, duodecim saltem lumina in Altari resplendeant, & aliqui orantes semper assistant. Ad ministrandam maximè Sanctissimam Eucharistiam infirmis periclitantibus, parati semper sint Parochi, qui hortentur suos Parochianos, vt conueniant ad obsequium Regi Regum exhibendum, eique seruiendum, ac proindè Campanæ signo illos conuocent, & ea, qua decet reuerentia, & deuotione illud comitentur, & si qui tunc equo vehitur, statim desiliat de illo, & donèc Sacerdos in eius conspectu erit, flexis genibus tamdiù hoc Sacramenrum adoret. Præcedatque Clericus cum cotta, amictus, pulsando campanulam, quo signo excitentur omnes ad adorandum, nequè desit alius Clericus qui deferat lanternam cum lumine, & alij quatuor, qui deferant astas Vmbellæ, & Parochus prius ad ægroti domum, Clericum, vel Sacerdotem transmittat, qui diligenter curet, vt quam maximè fieri potest, reuerentia, & honore recipiatur, & propterea mensa parua præparetur in ea, ad Altaris similitudinem cum cereis accensis, vt super illam collocari possit.

DE-

## DECRETVM DECIMVMTERTIVM.

VOlumus autem, vt vas, in quo Sanctissimum Sacramentum ad infirmos defertur, sit omninò argenteum, decentèr deauratum, saltem à parte interiore, & conuenienti velo coopertum, atque tali cura, ac diligentia tàm in eundo, quam in redeundo accommodatum, vt nequè ventorum, neque pluuiorum iniuriam pati possit, sed cum omni reuerentia, & deuotione deferatur.

## DECRETVM DECIMVMQVARTVM.

ADsint in comitatu quot plures possint ex deuotis fidelibus, ideòque campanæ sono in Ecclesia conuocentur, & præcipuè accurrant, qui in Societate Corporis Christi per singulas Matrices erecta, vel erigenda, descripti sunt, & in itinere Sacerdos cum comitantibus, Psalmos, Hymnos alternatìm recitando incedat.

## DECRETVM DECIMVMQVINTVM.

ADhibeatur incedens intorcitiorum, & luminum copia, & præsertim lanternæ aliquæ, ne ventis, & pluuijs extinguantur, & cogantur Populi impensas necessarias ministrare.

## DECRETVM DECIMVMSEXTVM.

IN reditu ad Ecclesiam per Ciuitatem, & Oppida habitata, idem Ordo seruetur, quocirca aliquas sacras particulas, supra numerum ab initio, Sacerdos in vase deponat, ac tandem regressus, benedictionem Populo impertiat, in omnibus, quæcunque in Romano Rituali præscripta sunt, obseruet; & vt fideles ad hanc deuotionem excitentur, concedimus eis Indulgentiam dierum viginti.

## DECRETVM DECIMVMSEPTIMVM.

IN singulis Ecclesijs tàm Regularibus, quàm Sæcularibus, in quibus consuetum est, feria quintà in Cœna Domini, Christi Corpus in loco separato reponi, non in ostensorio, sed in Calice, vel intra capsulam, iuxtà Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ recondatur, non obstante quacunque consuetudine in contrarium.

# De Sacramento Pœnitentiæ.

### P R OE M I V M.

NE timeant fideles tela mille, quæ à cupiditatum turmis
Psal. 90. mundi, illecebra acie, & diaboli castris iaculantur;
Psal. 5. Certè vel ad eos non appropinquabunt, scuto bonæ voluntatis Domini illos coronante, vel si feriantur, cęlestis Medicus, qui malagma in promptu habet, & omnipotentiam suam parcendo maximè, & miserando manifestat, tumentes plagas circumligabit, & sacro pœnitentiæ medicamine fouebit. Pec-
Tim. 1. catorum animæ quos Christus venit, saluos facere, doloris configantur spina, delicta sua Sacerdoti cognita faciant, &
Psal. 31. iniustitias suas non abscondant. Præstò enim esse, immò ad misericordiam ruit Pater, peccata filij redemit osculo, & pe-
Chrisol. ctus claudit amplexu, nè videat crimina, quæ castiget. In
Psal. 100. matutino ergò peccatores disperdant de Corporis, animæque Ciuitate iniquitates suas, allidant ad Christi petram paruulos
Psal. 136. Babylonis. Si autem, vt iumenta computruerint in stercore
Ioel. 1. suo, sub scelerum sarcinis deciderint in via, si defixi commo-
Psal. 68. rentur in limo profundi, excutiant se ieiunio, explicent alas amoris, & pauoris ad pœnitentiæ salutarem apothecam, cuius claues, mira Christi pietas Sacerdotibus tradidit, qui excussæ
Isai. 52. de puluere filiæ Sion captiui colli vincula soluant. Nè terreantur fideles, nequè desperent à multitudine iniquitatum suarum, & licèt ad nonam ætatis peruenerint, nè otiosi morren-

rentur in foro impiorum; de Cathedra pestilentiæ exileant. Superest adhuc tempus ligone pœnitentiæ excolendi vineam corporis, animæque suæ, adhuc ille misericors Paterfamilias seruauit denarium gloriæ, quo munerentur nouissima hora laborantes. Nè differant tamèn de die in diem conuerti ad Dominum, cuius si hodiè audierint vocem pulsantis ad ostiũ, nolint obdurare corda sua, præoccupent faciem illius in confessione. Ascendant in arduam, & laboriosam pœnitentiæ Palmam, apprehendant indè dignos fructus, qui sint dulces gutturi Domini.

Psal. 1.
Matt. 2
Eccles. 1
Cant. 5.
Psal. 94.

## DECRETVM PRIMVM.

DOceant Parochi fideles non abuti patientia illius, qui tarditatem supplicij grauitate compensat. Animo repetere intiment, quam horrendum sit incidere in manus Dei videntis, & viuentis, de quibus nemo potest eruere. Hortentur exire de Babylone, nè participes sint delictorum eius, & de pœnis eius non accipiant.

Cant. 7.
Heb 10.
Iob.
Apoc 18

## DECRETVM SECVNDVM.

PAradisi fores, quas post Baptismum, innocente amissa fidelibus noxæ claudunt, sola pœnitentia reserat, quæ cęlis vim infert, & violentia rapit, proindè cum super illam totus nostræ salutis Cardo vertatur; Parochi omni studio illius necessitatem Populis inculcent, doceant, frequenti morbo, frequens antidotum esse necessarium.

## DECRETVM TERTIVM.

VT Lapsis post baptismum, beneficium animabus in peccato mortuis applicaretur, ab eodem Domino nostro, Pœnitentiæ salutare Sacramentum fuit institutum, quod ideò secunda tabula post naufragium est appellatum. Huius autem administratio, & fructus, cum valdè pendeat à Sacerdotis absoluentis doctrina, prudentia, fidelitate, ac sanctitate, iuxtà

Sa-

Sacrorum Canonum, & Conciliorum monita, ſequentium ordinationum executionem, viſum nobis diſtrictè iniungere, & ſub obteſtatione diuini Iudicij, atquè interminatione vindictæ ſeueriùs præcipere omnibus Confeſſarijs, etiam Regularibus, & præſertim Parochis, ſub pœnis à Iure ſtatutis, atque alijs rigidioribus ad noſtrum beneplacitũ. Scimus enim, atquè in dies experientia ipſa demonſtrat, omnia ferè crimina, quæ aluntur in Populo Chriſtiano, vel non extirpantur; ex minus fideli, minuſue diligenti Confeſſariorum miniſterio, tanquàm à fonte deriuari.

## DECRETVM QVARTVM.

NEmo audeat Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare, niſi à Nobis, vel Vicario noſtro approbatus, licentiam ſcriptò obtinuerit, excepto mortis articulo.

## DECRETVM QVINTVM.

COnfeſſarij à pœnitentibus nihil confeſſionis cauſa exigãt eo tempore quo miniſtrant Pœnitentiæ Sacramentum, nè potiùs pecuniæ lucro, quàm animarum ſaluti ſtudere videantur, ac à pecuniarijs pęnitentijs, quoad fieri poteſt, abſtineant, vbi verò pro perſonarum, & criminum ratione, tales pęnitentiæ erunt imponendæ, eas ſibi, vel eorum Eccleſijs nullo modo attribuant; Miſſaſque item, ſi quas pęnitentibus imponant, ad alios Sacerdotes, vt omni careant auaritiæ ſuſpicione, celebrandas remittant, nec ipſi tales eleemoſynas recipiant.

## DECRETVM SEXTVM.

IN domibus confeſſiones non audiantur, niſi infirmitatis cauſa, ſed tantum in Eccleſijs, in eiſque non in locis tenebricoſis, aut angulis, neque ante ortum, neque poſt ſolis occaſum, mulierum confeſſiones audiantur, ſed in ligneis cõfeſſionalibus iuxtà decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum

rum

rum in Paduan. 2. Iunij 1620. quæ ſint in locis conſpicuis, & lucidis; in quibus Confeſſarij habeant affixam Bullam Cęnæ Domini, caſus reſeruatos, & abſolutionis formam ſub pęnis arbitrio, & in illis ſuperpellicco cum ſtola induti, pęnitentium confeſſiones audiant, ità enim decreuit Sacra Congregatio Epiſcoporum in Albinganen. 8. Nouembris 1588. Confeſſarij ſæculares, teneantur ſtolam, & cottam portare, dum confeſſiones audiunt, & omninò aduertant, vt alij remoti ſint, nè confitentes aliquo modo intelligant. Cum verò reſtitutio facienda erit, Confeſſarij id onus in ſe ipſos non ſuſcipiant, niſi propalationis periculum aliud ſuadeat, quo caſu apochā ab eo, cui fit reſtitutio, pęnitenti illicò conſignandam, recipiant; Confeſſioneſque mulierum non audiant, niſi in confeſſionalibus cum craticula ſtamnea, vel ſaltèm lignea, nullo tamen modo, ante ſe genuflexas, quibus non faciem, ſed aurem vertant.

## DECRETVM SEPTIMVM.

OMnibus, & ſingulis Medicis ditioni noſtræ ſubiectis, ſub pœnis contentis in Conſtitut. fel. recor. Innocent. III. & Pij V. Romanorum Pontificum, præcipimus, vt cum illos ad infirmos vocari contigerit, eos ante omnia inducant ad confitendum propria peccata, nec poſt tres dies, ſi id infirmi non præſtiterint, ad eos reuertantur, niſi longiùs tempus infirmo Confeſſarius ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus, conceſſerit, & ideò quàm ſæpiſſimè Parochi, Medicos de hoc moneant, & Medici etiam ipſos Parochos certiores faciant, vt & ipſi infirmos audire, & neceſſaria Sacramenta opportunè eis miniſtrare valeant, & Regulares qui confeſſiones infirmorum ex cauſa audierint, ſtatim etiàm Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confeſſionis, pro Medico adueniente, relinqnere.

Quæ incipit ſuper gregem Dominicū 8. Martij 1566.

DE-

## DECRETVM OCTAVVM.

CVm confeſſiones alicuius perſonæ rudis, vel idiotæ audiunt Confeſſarij, ante omnia interrogent, ſi ſciat rudimenta Fidei, eiſque recitare faciant, incipiendo à Pater noſter, Aue Maria, & Credo, & eos interrogent, ſi habent aliquem caſum reſeruatum, & ſi neſciant Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, dicta rudimunta fidei cum præceptis Decalogi, & Eccleſiæ, vel habuerint aliquem caſum reſeruatum, dimittant pœnitentes, vt priùs ediſcant, & à caſibus reſeruatis petant abſolutionem ab habente facultatem.

## DECRETVM NONVM.

CVſtodes animalium, & operarij, qui in hac Diœceſi, per longum ſpatium temporis commorantur, procurent Archipresbyteri, & Parochi, in quorum territorio ſunt, quod in Paſchate adimpleant præceptum confeſſionis, & communionis in Eccleſijs Matricibus, in Diœceſi, & in hac Ciuitate in Eccleſia Cathedrali, annotantes nomina, & cognomina ſingulorum, necnon eorum Patrias, ac Diœceſes.

# De Caſibus Reſeruatis.

## DECRETVM DECIMVM.

ADhærentes antiquo, ac ſalubri approbatiſſimo Eccleſiæ inſtituto, ac conſuetudini, & nouiſſimè Concil. Trid. decretis, qua atrociora quædam crimina ſolent Epiſcopo reſeruari, vt ſaltem ob difficultatem, & laborem abſolutionis obtinendæ ab his perpatrandi praui homines abſtereantur, quos Dei amor, aut timor aliàs non compeſcit, ſequentes caſus Nobis reſeruandos, matura deliberatione cenſuimus, prout præſenti conſtitutione, & decreto ad noſtrum beneplacitum

citum reſeruamus. Prohibentes omnibus, & ſingulis Sacerdotibus tàm ſæcularibus, quàm regularibus, tàm approbatis, quā approbandis omnem in his abſolutionem, prætèr quàm in mortis articulo; Et qui ſecus facere præſumpſerint, incurrent ipſo facto Excommunicationis pœnam, Summo Pontfici reſeruatam, iuxtà Decretum Sacræ Congregationis à Clemente VIII. & Paulo V. fel. rec. Summis Pontificibus confirmatum. Reuocantes etiàm omnem licentiam hactenus conceſſam, ab huiuſmodi reuocationis notitia quomodolibet habuerint.

## DECRETVM DECIMVM PRIMVM.

ET quia experientia compertum eſt, eos, qui in caſus reſeruatos inciderunt, dedignari coràm Nobis, vèl noſtro Vicario generali comparere prò abſolutione obtinenda, ſed ſolent adire Confeſſarios, & præcipuè Regulares, vt facultatem abſoluendi obtineant. Ideoque, liceat illis petere à Nobis, vel à noſtro Vicario generali licentiam in caſibus occultis potiſſimum pro mulieribus, vel alijs legitimè impeditis.

## DECRETVM DECIMVM SECVNDVM.

QVoniam pærſepè confeſſarij neſcientes caſus contentos in Bulla Cœnæ, & Nobis reſeruatos incautè, & nullitèr abſoluunt pœnitentes, mandamus non ſolum in confeſſionalibus ligneis affigi copiam caſuum reſeruatorum, tàm Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ, quàm Nobis, ad finem illos legendi, ſed nemò audeat, ſiuè Sacerdos ſæcularis, ſiuè Regularis ſub pœna ſuſpenſionis ab officio confeſſionis audiendæ, niſi infrà dies quindecim memoriæ mandauerit omnes, & ſingulos caſus, tàm Apoſtolicæ Sedi, quàm Nobis reſeruatos confeſſiones audire.

# Casus Reseruati cum Censura.

1 Magi, Striges, Venfici, seù quicumque, vel quomodocumque maleficia, & cuiuscumque generis opera superstitiosa committentes, cum tacita, vèl expressa Dæmonis inuocatione, aut abutentes Sacramentis, vèl sacramentalibus ad maleficia, vèl sacrilegia.

2 Blasphemantes Nomen Domini, Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, etiàm semèl prolatæ, & cuiusuis aliæ consuetudinariæ blasphemiæ.

3 Falsum testimonium in Iudicio deponentes, etiàm ad defensam, nèc non mandantes, consulentes, vèl quomodolibet suadentes, aùt inducentes ad falsum deponendum, etiàm si ob talem depositionem nullum malum sit illatum tertiò, contrà quem deposuerunt.

4 Sacrlegi ob furtum rei sacræ, vèl propter sanguinis, vel seminis voluntariam effusionem in Ecclesijs.

5 Decimas non præstantes, illasque fraudentes, vel consulentes, nè soluantur, seù quomodolibet impedientes, legata pia, & debita Ecclesiarum non soluentes.

# Casus Reseruati, sine Censura.

6 Sponsi, qui simul coierint, antequam matrimonium coram Parocho sit celebratum.

7 Homicidæ voluntarij, ac dantes eis auxilium, consilium aut fauorem, aùt abortum procurantes sequuta morte, vel sterilitatem procurantes, aùt infantem suffocantes ex negligentia culpabili.

8 Incendiarij, vel cosilium, vel auxilium ad id tribuentes.

9 Parentes, seù quicumque alij, ad quos puellarum cura pertinet, præter quàm iusta causa intercedente, prohibentes, aut impedientes, nè præcepto audiendi Missam satisfaciant Dominicis, & alijs diebus festiuis de præcepto.

10 Notarij qui post tres menses à die mortis testatoris non denunciauerint nostræ Curiæ legata ad pias causas, vel com-

committentes in ſuo officio crimen falſi.

11 Fraus in coſtituendo Patrimonio pro Clericis, ordinandis in ſacris.

12 Incæſtuoſi in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, affinitatis verò in primo tantùm. Sodomiæ crimen cum maſculis, vel fœminis committentes. Beſtialitas, & Concubinarij vltrà ſex menſes. Stuprum Virginis, per vim, etiam ſub ſpe futuri matrimonii.

13 Neſcientes rudimenta fidei, ſcilicet, Pater Noſter, Aue Maria, Credo, præcepta Decalogi, & Eccleſiæ.

## Inſtruttione cauata dall' Atti di San Carlo Borromeo Arciueſcouo di Milano.

PER ſodisfare, quanto colla diuina gratia ſarà poſſibile all'obligo paſtorale di prouedere con ogni diligenza, che li Confeſſori amminiſtrino il Sacramento della Penitenza, co'l frutto ſi deſidera ne i penitenti, ch'è la vera emendatione della vita, intiera oſſeruanza della Chriſtiana lege, e profitto in ogni virtù, habbiamo meſſa inſieme la preſente inſtruttione, quale commandiamo, che puntualmente s'oſſerui da tutti li Confeſſori della Città, e Dioceſe noſtra, incaricandone le loro conſcienze, come quelli, che n'haueranno à render ſtretto conto al ſeueriſſimo Giudice Chriſto Gieſù, Inſtitutore di queſto, e di tutti gl'altri Venerabili Sacramenti. Et in oltre facciamo premoniti li Confeſſori tutti, così Regolari, come ſecolari, che ſaranno da Noi ſoſpeſi, dal poter vdire le Confeſſioni, & in altri modi ſeueramente caſtigati, ſe ſi ritrouaranno negligenti nell'oſſeruanza di queſti noſtri auertimenti. Però comandiamo alli Noſtri Vicarij Foranei, teſtimonij Sinodali, & à gl'altri tutti, à chi s'appartiene per officio, inuigliare in ciò, e riferire à Noi, ò al Vicario noſtro generale li traſgreſſori, acciò reſtino conforme la colpa irremiſibilmente puniti, li principali requiſiti del Confeſſore, ſono, la bontà della vita, la ſcienza ſufficiente, e la facultà, ò giuriſditione neceſſaria, da Noi loro comunicata, ò da chi ne tiene la poteſtà, deue relu-

eere nel Confessore, come in viuo esemplare la purità della vita, grauità nell'operare, e modestia in ogni attione, acciò li penitenti maggiormente si confondino per le colpe della propria anima, e più viuamente con vero pentimento, ne dimandino il perdono, & egli in vdire l'altrui sozzure, laui talmente le macchie dell'anime de'peccatori, che non imbratti la sua. Perciò conoscendosi in stato di peccato mortale (il che Iddio non permetta) procurerà confessarsi, hauendo la commodità, ouerò farà vn'atto di efficace, e vera contritione riconciliarsi con la sua Diuina Maestà; E così puro, e ripieno della diuina gratia orerà breuemente à quel fine, co'l quale fù dal Benedetto nostro Saluatore, ordinato questo Sacramento, considerando attentamente, che deue mandare quei pecccatori nel pretiosissimo lauacro del sangue di Giesù Christo, & insieme preghi per la vera contrittione di quelli, de'quali è per vdire la Confessione, recitando l'infrascritti versetti del Salmo cinquantesimo, & l'oratione anticamente vsata dalla Chiesa, della quale per maggior commodità, terrà copia affissa nella Sacrestia, e dentro il Confessionale.

Cor mundum crea in me Deus,
Et spiritum rectum innoua in visceribus meis,
Ne proicias me à facie tua.
Et Spiritum sanctum tuum nè auferas à me,
Redde mihi lætitiam salutaris tui,
Et Spiritu principali confirma me,
Docebo iniquos vias tuas,
Et impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.
Et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

## ORATIO.

Domine Deus omnipotens propitius esto mihi peccatori, vt dignè possim tibi gratias agere, qui me indignum, proptèr tuam magnam misericordiam, ministrum fecisti officij Sacerdotis, & mè exiguum, humilumque mediatorem constituisti ad orandum, & intercedendum ad Dominum Nostrum Iesum

Iesum Christum filium tuum pro peccatoribus, & ad pœnitentiam reuertentibus. Ideoque Dominator Dominus, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad agnationem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed vt magis conuertantur, & viuant, suscipe orationem meam, quam fundo pro famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritum compunctionis, resipiscant à Diaboli laqueis, quibus astricti tenentur, vt ad te per dignam satisfactionem reuertantur. Per eundem Dominum nostrum, &c. Ezec.33

Non s'esporrà mai ad vdire le Confessioni (se la necessità non li fusse vrgente) senza cotta, e stuola, e sempre in Chiesa, & nel Confessionale, le Confessioni delle Donne, non solo s'ascoltino in Chiesa, nel Confessionale con la tauola, ò grata, forata in mezzo, mà di vantaggio non s'vdiranno prima dell'vscita del sole, nè dopo il tramontar d'esso.

Non si confessino in casa huomini, ò donne di qualsiuoglia qualità, senza nostra espressa licenza, se non in caso d'infermità. & in tal caso confessandosi donne, stia la porta talmente aperta, che possa il Confessore commodamente esser veduto da quelli dimoreranno nella stanza più vicina.

Li Confessionali stiano esposti nel luogo più publico della Chiesa, e dalla parte del Confessore vi sia affisso il sommario della Bolla in Cæna Domini, e la nota delli casi, e censure à Noi riseruate. E dalla parte del Penitente qualche deuota Imagine, dalla cui vista, resti compunto. Ogni volta i Regolari verranno chiamati à confessare l'Infermi, che per altro non gli sono noti, si informeranno dal Parocho, delle qualità di quelli, se il tempo lo permetterà, e poi riferiranno al medesimo lo stato dell'infermo, acciò vi inuigili nell'amministratione dell'altri Sacramenti, iuxtà il bisogno.

Com'è certo, che niuno Sacerdote, tanto secolare, quanto Regolare non può esporsi, senza nostra licenza, conforme alli nostri decreti Sinodali, ad vdire le confessioni, così quelli, che otteneranno licenza con limitatioue di prefinito tempo, di determinato loco, ò di certa sorte di persone, auertino di non eccedere la forma nella facoltà loro concessa, altrimente ipso iure, resteranno sospesi dall'ottenuta facultà, e seueramente puniti

Tutti li Confessori, benche da Noi ammessi per idonei & sufficienti ad vdire le confessioni,& assoluere da'peccati attẽderanno, nondimeno al studio di queste materie, hauendo per le mani, alcuni buoni,& approuati Autori,come la Somma del Cardinal Toleto, e simili trattati di casi di conscienza, per poter risoluere nell'occasioni, ch'alla giornata possono occorrere. Et per lo medesimo fine haueranno ancor ricorso ne i dubij difficili da persone dotte, e versate in dette materie.

E douendosi à quest'effetto tenersi alcune Congregationi, come stà ordinato, procureranno tutti trouarsi à quelle presenti, proponendo i dubij difficili, e pratticati, che alla giornata occorreranno, & ordinamo, che spesso si tratti, e discorra in materia de'contratti, per discernere, quali siano legitimi, e giusti, e quali vsurarij, & illeciti,conforme alli sacri Canoni, & alle Pontificie constitutioni particolarmente de'Sommi Pontefici Sisto V. & Pio V.

Habbino certa notitia delle censure, e casi reseruati al Sõmo Pontefice, & à Noi,particolarmente della Bolla in Cœna Domini, & altri cinque casi,da quali per vigore delli Decreti della sacra Congregatione non si può assoluere da chi si sia Confessore regolare, ò secolare, sotto pretesto di qualsiuoglia priuilegio, ò facultà.

Ogni Confessore esaminerà anche bene le proprie forze, e scienza, e non s'ingegnarà ad vdire le confessioni di persone, che dubiterà apportino casi, de'quali non sarà egli sufficientemente instrutto, per risoluersi, come si conuiene.

Siano tutti pronti ad ascoltare le confessioni, e si guardino non solo di mandar in dietro, per fugire la fatica, quelli, che verranno per confessarsi, mà nè pure mostrino con cenno, ò parole d'vdir maluolentieri. Prima che il penitente s'inginocchi l'auerta di posar l'armi, se le porterà, & essendo donna procurera, che stij co'l capo velato conforme richiede la decenza del luogo.Inginocchiato sarà deuotamente il penitente, si farà il segno della santa Croce, con farli recitare il Confiteor fino à quelle parole, mea maxima culpa, & à chi non lo sapesse;procuri persuader, che l'impari,e frà tanto lo reciteranno insieme.

Nel

Nel principio della Cõfeſſione,inanzi che il penitẽte,cominci à dire li ſuoi peccati,deue il Confeſſore(maſſime con perſone rozze,ò vero che rare volte ſi cõfeſſano)premettere alcune interregationi per ſaper meglio gouernarſi con lui, e ſono l'infraſcritte.

Prima, ſe conoſce, ch'il penitente, ſia di quelli, ch'egli hà facoltà di poter confeſſare, lo ricerchi di ciò, e trouando, che non ſia, lo rimetti à chi lo può confeſſare.

E quando ſia di quelli; che non dimeno non habbia cognitione del penitente, l'interroghi del ſuo ſtato, conditione, profeſſione, arte, ò eſercitio, che fà; li dimandarà, quanto tempo è, che non ſia confeſſato, ricordandoli il grandiſſimo frutto, che ſi caua dal confeſſarſi ſpeſſo. Se hà fatta la penitenza, impoſtali; Se sà gl'articoli della fede. e li precetti del Signore, e della ſanta Chieſa, e non ſapendoli ſi gouernerà coforme à quello, che ſi dirà più à baſſo.

Se hà vſato,in eſaminare la ſua cõſcienza la debita diligenza, la quale, deue eſſer tanta, quanta ſi ſuol mettere in negotio importantiſſimo, eſſendo veramente tale, andare à queſto Sacramento.

In queſt'occcaſione (ſecondo, che vedrà eſſer biſogno) l'iſtruerà anco, come debba fare l'eſame della conſcienza, per ridurſi à memoria tutti li peccati commeſſi, con le loro circoſtanze, cioè, che vada trà ſe ſteſſo diſcorrendo la ſua vita prima quanto alla diuerſità dell'età, cioè pueritia, giouentù, &c.

Secondariamente quant'alla diuerſità degli ſtati, nelli quali ſi ſia trouato, come ſarebbe prima, che ſi maritaſſe, poi nel matrimonio &c,

Terzo, quanto all'accidenti, diuerſi di proſperità, & auerſità, e di ſanità, e d'infermità, e li varij tempi di diuerſi officij, che hà eſercitato, le compagnie, che hà tenuto i luoghi, paeſi, e caſe, doue è ſtato, & hà conuerſato, finalmente in tutte queſte coſe ricerchi s'hà peccato co'l cuore; con la lingua, ò co'l opere.

L'auuiſi parimente delle conditioni, che ſi ricercano alla buona Confeſſione, dichiarandogliele colla magior breuità, e

faci-

facilità, che sia possibile, e potrà ridurre à quattro, ò cinque più principali, quelle sedici, che sogliono mettere i Dottori, comprese in questi versi.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, & discreta, libens verecunda,
Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Gli dimanderà, se sà d'esser incorso in qualche caso riseruato, ò in qualche scommunica, ò vero se sà d'hauere qualsiuoglia altro impedimento, per lo quale esso non lo possa assoluere, e trouando all'hora, ò nel corso della confessione, tale impedimento, non proceda più oltre, mà auisi il penitente, che non può da lui esser'assoluto, & essendo nella Città, che gl'è necessario presentarsi inanzi à Noi, ò ad altro, à chi si sia da Noi data facoltà d'assoluere in simili casi, mà quando per qualche rispetto giudicasse il Confessore non conuenire, che si presenti il penitente, venghi lui per la facoltà.

Se nell'vdire la Confessione de' peccati, conoscerà, che le precedenti confessioni siano state nulle, & inualide, per mancamento d'integrità di dolore, proposito di non peccare, ò altro capo, li persuaderà, che debba reiterarle con suggerirli il modo più facile, & aggiutarlo anco con la douuta carità.

Deue medesimamente dimandare le circostanze de peccati, massime quelle, che da veniale fanno il mortale, e che mutano specie, contenute in quel verso. ( *Quis quid, vbi, quibus auxilijs, quoties, cur, quomodo, quando;* ) Deue però il Confessore prudente, vsare diligenza in dimandare di quei peccati, ne' quali gl'huomini del stato del penitente per lo più sogliono incorrere. Et nelli peccati carnali deue vsare molte cautele in non ricercare altro, quando hauerà inteso quanto basti, particolarmente s'auerta di non interrogare di simili materie, senza necessità, donne, ò putti, acciò non restino scandalizati, ò se l'insegni ciò, che non sanno.

Vdendo la confessione de' peccati, si mostrerà al penitente con volto allegro, acciò se lo renda confidente, nè mentre ascolta li peccati darà segno di rigidezza, d'ammiratione, ò di spauento, acciò quello intimorito non taccia il resto d'essi, ò di

maggior

maggior grauezza, più tosto lo compatisca, e lo consoli, e poi alla fine pieno di santo, e puro zelo, gli dimostri l'offesa fatta à Dio sommo bene, suo Creatore, e Redentore, la bruttezza del peccato, la perdita fatta della gloria del Paradiso, acquisto delle pene infernali, acciò con queste, & altre sante considerationi efficacemente resti compunto, & habbia vero dolore de'suoi peccati, con fermo proposito di non più commetterli.

Nell'ingiungere la penitenza, ò satisfattione deue il Confessore esser circonspetto, acciò non s'imponga tanto leggiera, che la potestà delle chiaui, ne venghi in disprezzo, e che esso non partecipi de'peccati d'altri, nè meno tanto graue, e lunghe, che li penitenti, ò ricusino d'eseguirle, ò accettandole non l'eseguiscono intieramente.

Per tanto deue il Cõfessore sapere li Canoni penitentiali, percioche quantũque si possano, e si debbano moderare ad arbitrio del prudente, e discreto Confessore, secondo la contritione del penitente, ò la qualità, e diuersità delle persone, & altre circostanze, non dimeno è bene sempre hauer mira alli sudetti Canoni, & à quelli, come à regole, conformarsi quanto si giudicherà espediente, e quantunque il Confessore non imporrà le penitenze del Canone stesso, douerà nondimeno manifestarle al penitente per ridurlo à maggior contritione, & eseguire tanto più prontamente la minor penitenza, che li sarà stata ingiunta cauando vtilità dalla benignità, che hoggi vsa seco la Santa Chiesa in mitigare il rigore dell'antica disciplina Ecclesiastica, Procuri, che le satisfattioni corrispondino a i peccati commessi, come imponendo per li peccati carnali, digiuni, vigilie, peregrinationi, cilicij, & altri simili cose, che possãno macerare, e mortificare la carne. Per lo peccato dell'auaritia, oltre le debite restitutioni, imponga elemosina, conforme alla possibiltà di ciascheduno.

Alla superbia, & altri peccati spirituali, conuiene l'oratione, con la quale humiliandosi inanzi à Dio, s'acquista forza, e vigore di resistere à simili peccati. Alli Negligenti d'imparare le cose christiane, l'imponga d'ascoltare le prediche, & andare almeno per certo tẽpo alle scole della Dottrina christiana.

All'Indeuoti,e tepidi nelle coſe della ſalute propria, gl'imporrà il viſitare, e frequentare le Chieſe,diuini officij, & orationi. Alli beſtemiatori almeno imponga graue penitenza, ſecondo la qualità della colpa, conformandoſi alla diſpoſitione de ſacri Canoni, Decreti di Pontefici, Concilio Laterenanſe, & ordinationi delle noſtre conſtitutioni Sinodali; Deue però il Confeſſore vſar prudenza, hauendo riguardo alla qualità delle perſone, non imponendo elemoſine à poueri,nè digiuni ordinariamente à quelli, che con le proprie fatighe ſi guadagnano il viuere,hauendo il medeſimo riguardo all'altre penitenze.

Auertiſca di non aſſoluere publici,e ſcandoloſi peccatori ſenza ingiungere loro publica ſatisfattione, ò penitenza proportionata al ſuo errore, acciochè con la correttione loro, ſodisfaccino allo ſcandolo dato, in conformità del Concilio Trident. e di quello, che ſi è ordinato, ſopra di queſto nelle noſtre conſtitutioni Sinodali, nè commuti dette ſodisfattioni, ò penitenze publiche in altre ſegrete, ſenza hauerne da Noi eſpreſſa facoltà, ò vrgente neceſſità.

Perche ſia più libero il Confeſſore à fare gl'vfficij, che deue co'l penitente, & habbia con eſſo più authorità in tutte le coſe, ch'egli ordinerà per la ſalute di eſso fugga non ſolo ogni auaritia, mà anco ogni minima ſoſpettione d'eſſa.

Particolarmente non dimandi, nè pur con cenni; danari, ò altra coſa nelle confeſſioni, ne per occaſion d'eſſe anzi non ſolo con le parole, mà più ancora con li fatti dia ogni teſtimonio d'aborrir ſimili coſe.

Aggiungendo penitenza al penitente di far dir meſſe, non l'applichi direttamente, nè indirettamente, nè à ſe, ne alla ſua Chieſa, ò Monaſterio.

Il medeſimo oſſerui nelle ſodisfattioni, che gl'occorrerà far fare per occaſione di debiti incerti, per commutationi di voti, ò ſimili altre coſe.

Nè meno pigli denari, ò altre coſe da reſtituire, eccetto ſe la neceſſità, per non iſcoprire il penitente, lo ricercaſſe, & in tal caſo procuri vna polizia di riceuuta da colui, à chi hauerà fatta la reſtitutione, e la conſegni al penitente, & in tal caſo proceda in maniera, che fugga ogn'ombra, & apparenza d'auaritia.

Guar-

Guardasi sopratutto il Confessore di non discoprire, nè con parole, nè con segni in qualsinoglia maniera il peccatore, ò il peccato, è stato commesso, finalmente cosa alcuna sentita in confessione, per la qual si possa in qualsiuoglia modo venir'à notitia di qualsiuoglia etiàm minimo peccato confessato.

E quando l'occorrerà di dimandare consiglio, per sapere la resolutione di qualche caso, che gli sia occorso in confessione, sia molto auertito di farlo con persone, & in modo, che non si possano accorgere qual si sia la persona.

Et per questo è bene, ch'in tutto s'astenga di parlare con altri di peccati vditi in confessione, e parlandone con qualche bisogno coll'istesso penitente, non lo faccia senza sua licenza, nè in altro modo, che in atto di confessione sotto il medesimo sigillo.

Finalmente per l'osseruanza di questa nostra instruttione, commandiamo à tuti li Prefetti delle Congregationi, solite tenersi in questa nostra Città, e Diocese, in materia de' casi di conscienza, ch'ogni volta nel principio, ò fine di quelle, ne facciano leggere ad alta voce alcuni paragrofi, ponendoli, & esplicandoli quando sarà bisogno, e sopratutto incaricando, che fedelmente, & esattamente venghino osseruati, come si conuiene.

## De Saramento Extremæ Vnctionis.

### P R OE M I V M.

SI vnquam serpens antiquus insidijs, astu, aperto prælio, occultis cuniculis per dies, noctesq; circumuenit. Certè in supremo vitæ discrimine, vltimo prælio, extremo periculo cōstitutos, ex quo aut captiuitas, aut victoria pendet, omnes conatus adhibet, artes acuit, phalanges centuriat, vt in suam redigat seruitutem. Tunc verè Diabolus habens iram magnam, quia modicum tempus habet, bello in compendium misso ad atrociora arma conuertitur. In tàm graui ergò, tàm acerbo conflictu, periclitantibus fidelibus suis; complacuit sibi Dominus Apoc. 12

arua validiſſima miniſtrare, vndèquaque munimentis, caſtriſque vallare, ſupremo decreuit conſilio, vt primum Pœnitentiæ ſacramento, quaſi Turri omni armatura fortior conferta munirctur, deindè, vt maius robur accederet, voluit, vt deſcenderet ad ipſius caſtra, Arca Domini, Auguſtiſſimum ſcilicet Euchariſtiæ Sacramentum, in qua cæleſtis manna, & virga illa virtutis abſconditur, quæ in medio inimicorum dominatur, vt cæleſti commeatu, cofirmato corde eius, deſpiciat inimicos ſuos. Poſtremò nè contrito ſerpentis capite, cauda ſuperſit, ad inſidiandum calcaneo eius, opportuno extremæ Vnctionis adiutorio roborauit, vt certum referat de hoſte triumphum. Omni ergò ſtudio Parochi fidelium auribus inculcent, quàm ſalutare, quàm efficax Chriſtiano homini, ex hac vita migranti, ſit extremæ Vnctionis munimentum Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, inſinuatum illis verbis, exeuntes Apoſtoli prædicabant, vt pœnitentiam agerent, vngebant oleo, ac multos ægrotos ſanabant, & poſtea promulgatum fuit à Iacobo in ſua epiſtola, quam hilari animo expetendum, quanta deuotione ſuſcipiendum.

Cant. 4. 1. Reg. 4. Pſal. 109 Pſal. 111 Gen. 3. Marci 6. Iacob. 5. Trident. ſeſſ. 14.

## DECRETVM PRIMVM.

Parochus igitur, cum infirmos morti appropinquare cognouerit illos ſæpius inuiſet, blandèque conſoletur ad morbi dolores tolerandos corroboret. Omne ſtudium in eo præcipuè adhibeat, vt de eorum memoria terrenos affectus eradicet; Et cæleſtis patriæ daſideria inſerat, ſtatim ergò, ac illi Extremę Vnctionis Sacramentum petierint (quod ipſe debet efficere, vt adhùc integris ſenſibus requirant) omni poſtpoſita mora, ad illos deferat, ſuperpelliceo, & ſtola violacea indutus, pluribus, aut vno ſaltem Clerico comitantibus, qui Crucem ſine aſtą gerat. Sacri Olei vaſculum, ſacculo ſerico incluſum, appenſum deuotè geſtet, & cætera omnia perficiat, quæ in Romano Rituali præſcribuntur.

Synod. Auguſt. c. 20. Silu. ver. vnctio n. 4. Tol. l. 7.

## DECRETVM SECVNDVM.

SI acciderit, vt imminente mortis periculo, festinanter ad ægrotum sacrum Viaticum sit deferendum, & dubitetur, an tantum vitæ spatium supersit, vt ad eundem reddire valeat ad sacram Vnctionem ministrandam, tunc etiàm sacri Olei ferat vasculum.

## DECRETVM TERTIVM.

IN ægroti cubiculo mensa adsit, strata munda mappa, supèr quem sacri Olei vasculum reponat, quod à laicis non sinat attrectari, sit in promptu vas aliquod cum gossipiis, vel stupæ globulis, quos ad tergendas inunctas corporis partes sufficiant, Medulla insupèr panis, & aquæ peluicula ad manus abluendas. Globulos, & panis medullam postea in Sacrarium conferat, dum autem fit Vnctio candela cerea, saltem vna perluceat: nisi aliter necessitas postulet ante sacram Vnctionem, Pœnitentiæ Saramento, & sanctissimo Viatico, morbo laborantes Parochi muniant, corporis partes tantum à Romano Rituali præscriptas illiniant; Si quis aliquo membro caruerit, propinquiorem partem inungant, Sacerdotis infirmi exteriùs intingant manus. Si verò dum infirmum vngunt, deficiat, ità vt de illius morte dubitetur, vnctionem prosequatur, cum additione si es viuus;

## DECRETVM QVARTVM.

HOC Sacramentum non ministretur pueris, ante rationis vsum, Impœnitentibus certis, sanis, & firmo corpore, licet illis immineat mors, scilicèt capite damnatis, mulieri partu laboranti, amentibus, qui nunquam mentis compotes fuerunt. Vulneratis tamen, & parturientibus, morti propinquis tribuatur, etiàm his, qui ex morbi vi nihil intelligunt; Si tamen viuant, & argui possit illos petituros, si mentis essent sanæ.

S.Carol. loc. cit. cap. 20. Tol. l. 2 S. Thom. & Palud. in 4. 8. 33.

Sylu. ver. Vnctio n. 7. Glos. c. illud 95. S. Thom. in 4 de 23 q. 2. art. 3.

AEgroto in vna eademque infirmitate in mortis periculo constituto, semel hoc Sacramentum conferatur; Si autē post valetudinem, idem mortis incurrat periculum, potest reiterari, & hoc toties, quoties conualuerit, & in vitæ discrimine inciderit.

## DECRETVM SEXTVM.

PArochi si vnquam ergà suas oues charitate æstuare debent, maximè in earum vltimo periculo, ex quo aut cruciatus, aut æterna gaudia pendent; Omni igitur sedulitate, & diligentia illis ad extremum vsque vitæ spiritum assistant, illarum animas iuxtà Ritualis Romani præscriptum piè Domino commendent.

# De Ordinis Sacramento.

## PROOEMIVM.

16. q. 6. Archid. d. c. omnis, Nauarr. cōs. de sepul chr. Sacr. eand. tit. 23. & de consecr. Eccles. Gen. 2. Psal 1. 6. Psal. 16. Psal. 103 Apoc. 8. Psal. 81. Psal. 140 Psal. 109 Gen. 49. Pet. 2.

FLuuius egrediens è latere Christi ad irrigandum Ecclesiæ Paradisum, quo sine sex aliæ Sacramentorum scaturigines non fluunt, Ordinis est Sacramentum: Dum autem super hæc flumina in miseriarum Babylone sedemus, Cælestis recordamur Sion, & per hæc fluenta, ad illud appellimus, cuius impetus lætificat Ciuitatem Dei, & ibi facit Dominus Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, qui thuribulum aureum habentes in manu sua incensa adolent ante Altare illius. Hic Deos, homines, & filios excelsos inuenies, qui vespertino sacrificio meliora orationum thura, offerunt, & secundum ordinem Melchisedech Sacerdotes inuncti lauant in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum pinguem immolant Agnum, & panem, qui delicias præbet Regibus. Ibi per Angelorum, Archangelorumque Choros, ad supremam Senatus clamantium Seraphim Hyerarchiam venitur: Hinc

per

per minores, maioresque ordines ad altissimum Regale Sacerdotij solium ascenditur. Videntur etiam in valle lacrymarum à Domino ascensiones dispositæ, & Iacob procera erecta scala, cuius infimo, minorique Clericatus gradu, per alios interiectos ad excelsum Sacerdotij culmen, cui Deus innititur, peruenitur. Qui huiusmodi ascensiones in corde suo disposuit, nulla mundanarum pondera rerum per sublimia secum vehat, nè è cacumine ruens retrorsum secum eat cum Heli. Meminerint Angelorum non hominum pedibus hanc scalam calcandam. Cum autem ad fastigium peruentum fuerit ab illis, quos Deus vocare dignatur, tamquam Aaron, ità se gerant, vt Dei vicinitate, & contubernio non se reddant indignos. Ex huius scalæ suggestu annuncient populo Domini, scelera eorum, rores benedictionum à Domino acceptos, in illum effundunt cælorum fores, quarum claues præ manibus habent, quibus claudere, quibus reserare debent, maturè perpendant.

Gen. 28. 1. Reg. 4. Hebr. 5. Isai. 6.

## DECRETVM PRIMVM.

QVia ex prouido personarum delectu ad Clericales ordines tantoperè Ecclesiastica disciplina dependet: Idcircò vestigijs Sacrosancti Tridentini Concilij inhærentes sancimus, vt quicumque primam Clericalem tonsuram, vel minores, vel maiores Ordines suscipere cupiunt, per mensem ante, iuxtà decretum Sac. Concil. Trid. in Curia nostra compareant, & coram nobis personaliter se sistant, suumque nomen, cognomen, parentes, & patriam scripto proferant, vt idonea de his informatio, quatenus opus fuerit capi, & haberi possit, & probemus, an futuri sint vtiles operarij in Ecclesia Dei.

## DECRETVM SECVNDVM.

QVi tunc primum Clericalem statum, idest primam Tonsuram assumere cupiunt, fidem Baptismi pro ætate, & moribus, & immunitatis ab omni Canonico impedimento à Parocho exhibeant, & omninò alicuius Parochialis Ecclesiæ seruitio adscribantur postquam fuerint initiati, Parochis in eorum

rum seruitio omninò obediant sub pœna priuationis priuilegij fori.

## DECRETVM TERTIVM.

QVi ad vlteriores Ordines promoueri desiderant, præter testimonium Parochi, & Magistri de vita, & moribus, deferant etiam fidem, qualiter habitum, & tonsuram gestauerint, Ecclesiæ, cui fuerint adscripti inseruierint, Doctrinæ Christianæ vacauerint, Confessionem, & Sacram Communionem diebus saltem solemnioribus, & in singulis tertijs Dominicis cuiuslibet mensis frequentauerint, & præcedentibus Ordinibus, quos susceperunt, laudabiliter ministrauerint.

## DECRETVM QVARTVM.

AD maiores verò ordines promouendi, publicationem etiam à Parocho in Parochiali Ecclesia fieri procurent, eiusque litteras testimoniales afferant publicationis factæ, & qualiter nullum fuerit impedimentum detectum, testimonium etiam ætatis, ad illum Sacrum Ordinem, quem postulant requisitæ.

## DECRETVM QVINTVM.

QVi Sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum beneficij suscepturi sunt, fidem collationis sibi factæ, & pacificæ possessionis, eiusque sufficientiæ ostendant. Qui ad titulum Patrimonij, quod quidem minus scutorum triginta, vel saltem viginti quinque monetæ huius Regni in annos singulos esse debebit; Instrumentum assignationis, seu donationis sibi factæ, atque pacificæ possessionis producant, præuio iuramento duorum saltem testium de libera conditione bonorum in patrimonium destinatorum, ita vt periculum euictionis ab alijs non patiantur, addito etiam iuramento eiusdem donantis, qualiter sincerè, absque dolo, vel fraude, aut simulatione, aut retrocessionis promissione patrimonium illud assignat, fidem etiam

etiam publicationis eiusdem Patrimonij à Parocho in eius Ecclesia factæ; Aduertentes ordinandos in Sacris, quod si aliquis absque sufficienti Beneficio Ecclesiastico, vel patrimonio fuerit promotus, remanebit suspensus, & consequenter efficietur irregularis ordinem exercendo.

## DECRETVM SEXTVM.

SCiatque is, qui assignati sibi patrimonij titulum ordinatus erit, se non posse illud retrocedere posteà, alioue pacto alienare, distrahere, aut permutare absque expressa nostra approbatione, & licentia, non concedenda, nisi interim ipse aliquod sufficiens Beneficium, aut Pensionem, vel æquiualentem annuum redditum acquisiuerit, ac vt fraudibus, quæ interdum circa constituendum titulum Patrimonij ordinandorum à parentibus consanguineis, seu ab alijs committuntur, quantum in nobis erit occurramus, præcipimus primò sub excommunicationis pœna donatori, vt non præsumat talem assignationem efficere super censibus, redditibus, domibus, alijsque bonis stabilibus, alijs assignatis, vel obligatis, vel quorum ipse donator non est verus, & legitimus Dominus, ac pacificus possessor, & quod fructus, seu redditus dicti Patrimonij verè, & realiter ascendant ad summam saltem ducatorum viginti quinque deductis expensis, nec possit fieri assignatio, durante vita donatarij.

## DECRETVM SEPTIMVM.

PArochis etiam, & Magistris, ac quibuscumque, qui fidem de qualitatibus in ordinandis requisitis facturi sunt, in mentem reducimus, quàm fideliter, & sincerè, non ad complacentiam, sed pro sola veritate suam testificationem debent exhibere, onerantes eorum conscientiam.

## DECRETVM OCTAVVM.

ET quia experientia compertum eſt, perſæpè à Parentibus, & conſanguineis fieri fraudulēter, donationes Clericis in minoribus ordinibus exiſtentibus, omnium, vel maioris partis bonorum retento penes ipſos dominio, & vſufructu, ad finem, vt ſint immunes à collectis, & ſolutionibus fiſcalibus, non retenta aliqua portione pro ſe, alijſque filijs, mandamus ſeruari decretum Sacræ Congregationis, quod donatio non poſſit fieri vltrà virile, retenta pro ſe ipſis donantibus, vxore, & filijs congrua portione, & vt talibus occurramus fraudibus in damnum, & præiudicium Vniuerſitatis tendentibus, mandamus, quod quæcumque donationes ſuum non ſortiantur effectum, & pro infectis habeantur, nec ſint immunes à collectis fiſcalium, niſi fuerint coram nobis ab ipſis donatarijs exhibitæ, & approbatæ infrà menſem, tàm hactenus factæ, quàm in futurum faciendæ, alias poſſint Sindici, & Exactores cogere parentes, & alios laicos donantes ad ſolutionem collectarum, abſque metu Cenſurarum, ac ſi nulla fuiſſet facta donatio.

## Inſtruttione di quel che ſi deue oſſeruare nel formare il Proceſſo per gli Ordinandi.

1 DOuerà primieramente il Curato publicare le noſtre lettere paſtorali per l'ordinatione da farſi, che ſarà nelli Quattro tempi, Sabato ad ſitientes, & Sabato Santo, ò nell'altri Quattro tempi infra l'anno, conforme à Noi piacerà. Et accioche il Signore Dio c'inſpiri à promouere perſone degne, hauerà cura d'ordinar le Litanie ogni feſta, à detto fine, e far recitare altre orationi, eſortando inſieme in tutto quella parte del meſe il Popolo à porgere à Sua Diuina Maeſtà continue preghiere.

2 In trè giorni feſtiui denuncierà al Popolo inter Miſſarum ſolemnia il nome, e l'inſtanza di coloro, che deſiderano

esser promossi, accioche se vi è persona, la quale sappia impedimento veruno in quelli, che vogliono ordinarsi, possa manifestarlo.

## Forma della denuncia.

3 DEsiderando N. promouersi all'ordine N. ò alla prima Tonsura, deuo manifestarlo alle carità vostre d'ordine di Monsignor Arciuescouo, (ò del Vicario) accioche s'alcuno di loro sapesse, che il detto N. habbia alcun mancamento notabile, ò canonico impedimento, debbia reuelarlo in qualche maniera, che gli parerà più opportuno, e di questo ne incarico le conscienze vostre.

4 E perche il Popolo sappia, quali sono le cose, ch'impediscono la suscettione degl'Ordini Clericali, sarà necessario, che nell'istesso tempo li dichiari in lingua volgare, cioè

## Impedimenti Canonici, e mancamenti che si possono opponere à i Promouendi.

1 QVelli, che non hanno l'età sufficiente per l'ordine, al quale cercano promouersi.
2 L'Inquisiti criminalmente.
3 Li Sospetti d'heresia.
4 L'Imbriachi.
5 L'Huomini impudichi, e concubinarij.
6 L'Vsurarij.
7 Li comedianti, buffoni, e simili.
8 L'Infami in qualsiuoglia maniera.
9 Gl'obligati à render conto d'alcuna amministratione.
10 Li deformi, ò stroppiati del corpo.
11 L'Illegitimi, ò bastardi.
12 Quelli, che hanno hauuto due mogli, ò vna vedoua.
13 Li Soldati, che hanno seruito alla guerra, nella quale sono succedute morti d'huomini.
14 Quelli, che hanno sententiato alcuno à morte.

15 Quelli, che hanno fabricato processi, esaminato testimonij, & attitato in cause criminali.
16 Quelli, che hanno agitato cause criminali.
17 Li sospesi, interdetti, ò scommunicati.
18 Li Pazzi.
19 Quelli, che patiscono di mal caduco.
20 Gli spiritati, ò indemoniati.
21 Gl'ordinati prima del tempo, ò per salto.
22 Quelli, che non sono Cresimati.
23 Quelli, che hanno donatione finta, ò patrimonio non vero, ò beneficio non sufficiente, & altri.

5 Procurerà di saper l'età dell'Ordinando, e perciò cercherà nel libro Parochiale de Battezzati, e trouandouisi ne farà fede sottoscritta, e sigillata da se, con esprimerui anco di chi sia figlio, che sola basterà. E se non vi si troua, si douerà prouare per testimonij degni di fede, con darli gl'Interrogatorij infrascritti, e trà questi testimonij si potrà ammettere il Padre, e Madre ancora.

## Interrogatorij per l'età.

PRimo. S'egli sà di che giorno, mese, & anno sia nato N. ordinando, e doue secondo l'occasione, e la causa, com' il sappia, e come se ne ricordi, come per essempio, s'egli il tiene à memoria per essersi di quel tempo casato, ò per esserli nato vn figlio, ò per hauerlo tenuto à Battesimo, ò per altro accidente notabile d'infirmità, prigionia, peregrinatione, e simili.

6 Douerà far'anco le proue della legitimità, per la quale primieramente nell'istessa fede dell'età faccia la simile del matrimonio del Padre, e Madre dell'Ordinando, se vi si trouerà.

Secondo douerà esaminare almeno trè testimonij degni di fede con dargli il solito giuramento, e l'infrascritti Interrogatorij.

In-

## Interrogatorij per la legitima età.

PRimo. Se conosce N.Ordinando.

Secondo, se conosce suo Padre, e Madre, e da quanto tempo, & con che occasione.

Terzo, se sà veramente, e per qual causa il sappia, che N.Ordinando sia loro figlio, e tale sia tenuto communemente senza sospetto veruno in contrario, e ch'essi stessi Padre, e Madre l'habbiano trattato, hauuto, e nominato per tale.

7 Mà non trouandosi notato il matrimonio nel libro Parochiale vi s'aggiungerà quest'altro interrogatorio.

Quarto, se conosce N.N. e da quanto tempo, e se sono marito, e moglie, e com'il sappia, se fusse per essempio stato presente, quando si sposarono, &c. e se così siano sempre stati tenuti, e stimati communemente.

8 Sapendo il Curato alcuna cosa di certo delle dette di sopra, potrà farne fede egli stesso, sottoscritta, e sigillata come s'è detto.

## Requisiti per gli Ordinandi di prima Tonsura.

9 PRimieramente sappino in genere, che nessuno sarà ammesso à veruno ordine, se non comparerà in habito Clericale, e decente con la Tonsura, l'habito sarà la sottana lunga, e talare, mantello, e cappello, hauendo anco seco la baretta pretina, & altre cose, conforme all'ordini publicati da Noi sopra di ciò, e le Constitutioni Synodali.

Secondo il Processo dell'età, legitimità, Battesimo, Cresima, &c.

Terzo la fede come non sono inquisiti ne'i Tribunali secolari del luogo, doue habitano, e doue sono nati, & anco dell'Audienza Prouinciale.

Quarto, sappiano leggere, e scriuere bene.

Quinto, sappiano la Dottrina Christiana, ò almeno le parti principali di quella.

Sesto,

Sesto, habbiano incominciato la Grammatica, e portino fede del Maestro del progresso, che vi fanno, e della continuatione, & indole.

## Requisiti per quei degl'ordini minori.

10 PRimieramente vna fede giurata dal Rettore, & Arciprete della Chiesa Matrice, come habbia seruito nella Chiesa prescritta, secondo le Constitutioni Sinodali, e che sia sempre andato in habito, & tonsura, habbia frequentato li Sacramenti, conforme le medesime Constitutioni, precedendo le denuncie, tanto nella Chiesa Matrice, come nella propria Parrocchia del Clerico.

Secondo vna fede simile giurata dal Vicario foraneo, che non sia inquisito nel medesimo Tribunale, & non habbia portato arme publicamente.

Terzo douerà intender bene la lingua latina, e portar' anco la fede del Maestro del progresso fatto.

## Requisiti per quei degl'Ordini Sacri in genere.

11 PRimieramente vna fede, come di sopra del seruitio della Chiesa nell'ordine vltimamente preso, e la frequenza de' Santissimi Sacramenti, e come habbiamo esercitato l'vfficio di Sacrestia, ò vero non sia mancato per essi d'esercitarlo.

Secondo, come sono sempre andati in habito, e Tonsura.

Terzo, la fede dell'età, ò proue di quella, come di sopra s'è detto, conforme al prescritto del Sac. Concil. Trid. sess. 23. cap. 12. de Reformat.

# Requisiti per il Suddiaconato.

12 PRimo se voglia ordinarsi al titolo di Patrimonio, vi è necessario, che costi della necessità, ò vero vtilità della Chiesa, alla quale sono ascritti.

Secondo, che il patrimonio sia vero, e non finto, si goda dall'Ordinando intieramente senza veruna diminutione, il che douerà prouarsi per scritture, e testimonij degni di fede, conforme il Decreto Sinodale, & interrogatorij, posto di qui sotto.

Terzo, ch'il detto patrimonio, ascenda alla rendita di ducati trenta l'anno, ò almeno à venticinque, conforme l'ordine della Sacra Congregatione in questa Diocese.

13 Se vogliono ordinarsi al titolo della Chiesa, essendo già nella nostra visita conosciuto puramente il netto dell'entrate delle Chiese, che in questa Diocese sono tutte recettiue, basterà vna fede del nostro Cancelliere del numero de i Preti, che possono esserui ammessi alla ragione delli ducati trenta annui per ciascheduno, ò almeno di vinticinque, cauata dall'atti della nostra Visita.

Secondo vna fede del Rettore del numero de Preti viui, se ben assenti, che sono ascritti al seruitio di quella Chiesa.

Terzo, se vogliono ordinarsi al titolo del Beneficio, ò Patrimonio, e come lo godano pacificamente con i medesimi interrogatorij, quasi dell'esame del Patrimonio.

# Interrogatorij per le proue del titolo del Patrimonio, ò del Beneficio, ò Pensione.

14 PRimieramente, se conosce N. Ordinando, e sà di chi sia figlio.

Secondo, s'egli è vnico, ò hà altri fratelli, ò sorelle.

Terzo, se sà, che facoltà tiene il Padre di detto N. ò altro qualsisia il donante.

Quar-

Quarto, se sà, che il detto Padre, ò Zio, ò fratello habbia donato alcùna cosa al detto N.Ordinando, e da quanto tempo gli l'habbia donata. Auuertendo, che non si riceue donatione di patrimonio fatta di cose mobili, ò animali, se non di Censi, & altri stabili fruttiferi.

Quinto à quanto può ascendere la rendita di detti beni, dedotte le spese, che vi si fanno, e sappiano, che non s'ammette il detto del testimonio, che deponga, può render tanto, perche vogliamo, che lo sappia certamente, che renda tanto, con assignarne la causa della scienza.

Sesto, se N.Ordinando, n'hà presa possessione, e da quanto tempo, e se la possede pacificamente.

Settimo se sà, che sopra detti beni vi sia debito, & à quanto ascenda, e se sono franchi, e liberi, ò con peso.

Per la proua del Beneficio, ò Pensione possono esser simili in parte gl'Interrogatorij, particolarmente circa la sufficienza, per Essempio.

15 Se sanno, che N. promouendo habbia alcuno beneficio, e sotto che Inuocatione, e Titolo.

Secondo, se il detto Beneficio è semplice, ò Curato, ò con altro peso, ò di Messe, ò di Pensione, ò d'altro, & à che ascende, e s'è mobile, ò perpetuo.

Terzo, che ne puote riceuer l'anno il detto N. dal detto Beneficio da fertile ad infertile, e se lo riscuote, ò nò, pacificamente fino à quel tempo, e ciò quando non si possa prouare per scritture autentiche, che s'ammettano più volentieri.

## Requisiti per il Diaconato, e Sacerdotio.

16 OLtre a i requisiti detti di sopra douer' interuenire ne gl'Ordini Sacri in genere, che sono anco necessarij in questi.

Primieramente vi bisogna anco, che mostri per Scritture, ò testimonij la continuatione della possessione del patrimonio, beneficio, ò pensione, e della percettione de'frutti.

Secon-

Secondo per quelli, che vogliono esser'ammessi al Sacerdotio, vna fede d'hauersi fatto vna Confessione generale di tutta la vita, ò di parte di quella à Confessore approuato, e d'hauer anco fatto gl'esercitij spirituali, conforme all'instruttioni date;

Terzo, che sappiano le forme de'Sacramenti, & i riti di quelli, e particolarmente la forma dell'assolutione.

Quarto, che sappiano il Canto fermo, ò Gregoriano.

Quinto vna fede del Prefetto della conferenza de'casi, come l'hanno frequentata, e del profitto, che n'habbino fatto.

Auertendo, che le fedi sopradette non deuono esser più antiche di trè mesi auanti, altrimente non s'ammetteranno.

## Tassa dell'Atti, e fedi accennate.

In primis per ciascuno testimonio esaminato, e disteso, conforme à gl'Interrogatorij. 0. 0. 10.

Per ciascheduna fede, grana cinque. 0. 0. 5.

Auertendo, che quelle, che saranno d'vn foglio solo, come del Battesimo, Cresima, Seruitio in Diuinis, Delatione dell'habito, e tonsura, e frequentatione de santissimi Sacramenti, si douerà pagare per vna sola, com'anco quella di non esser'inquisito, e di non hauer portate arme, purche siano fatte da vna sola persona, perche douendosi fare da diuersi, à ciascheduno si darà l'intiera mercede delli grana cinque.

## De Sacramento Matrimonij.

### P R OE M I V M.

QVàm magnum, quantæque dignitatis sit Matrimonij Sacramentum, proindè quanta pietate prosequendum, facilè inteligent fideles, dum bis illud celebrare, suaque præsentia benedicere, & consecrare dignatus est Dominus. Gen. c. 2.
Primò quidem cum masculum, fœminamque in loco delitiarum pleno, in Paradiso voluptatis, innocentia candidatos, Angelorum frequentia constipatos, eisdem in testes adscitis, se ipsum Sacerdotem constituens perpetuò connubij fœdere, & indisso-

indoſſolubili nexu colligauit. Secundò, cum multis iàm naturæ, legiſque ſæculis elapſis, in ipſo Euangelij limine, Chriſtus Dominus in Cana Gallileæ ſuis aſpectibus confirmare, aquarum in vinum conuerſione mirabile reddere, Matre, Diſcipuliſque in teſtes delectis, ſe ipſum Parochum præbere, nuptijſque benedicere ſibi complacuit. Eo autem matrimonij fines direxit, vt quod innocentiæ in ſublimitate officium, & ſolatium erat futurum, eiecto homine in miſeriarum exilium, culpis ſauciato, in remedium verteretur. Imbecillitati fulcrum in lubrico adiutoriũ concupiſcentiis refrigeriũ pararetur. Non ergò ſolo laſciuientis concupiſcentiæ impetu, ad tantũ ferantur fideles Sacramenntum, ſed vt liberos procreent, quos exantlatis terrenæ militiæ laboribus ad Paradiſi amæna feriaturos tranſmittant, vt Angelicę ruinę reparentur. Interim aquã de ciſterna, quã dederit illis Deus, bibant, vt aquæ eorũ eſſe fideles dignoſcantur, & campi eorum pingueſcant vbertate. Quàm veneranda Matrimonij iura, & illibatæ ſint ſeruandæ leges, vèl ex illo maximè agnoſcant, quod corporum vnione Chriſti Imaginem, ac binum Connubium in ſe ipſis exprimunt. Alterum, dum ille ipſe in ſplendoribus Diuinitatis genitus, intrans in Virginalis vteris thalamum, naturæ eſt diſpenſatus humanæ, quam nullo vnquam eſt diuortio dimiſſurus. Alterum cum ſanguinum ſponſus effectus, Eccleſiam ex latere in cruce dormientis excitatam ſibi ipſi in miſerationibus, & fide deſponſauit. His igitur fidelium mentes ſtimulis actæ, in ſanctitate & iuſtitia Matrimonium colere ſtudeant omnibus diebus peregrinationibus ſuæ.

Ioan. 2. Prou. 5. Iſai. 35. Pſal. 64. Pſal. 109 Exod. 4. Luc. 1.

## DECRETVM PRIMVM.

QVia experientia compertum eſt, perſæpè ex facilitate Parochorum, qui coniungunt Sponſos in matrimonium; quod frequentèr incidunt in crimen Poligamiæ, quod ſummoperè deteſtantur ſacri Canones, Conc. Trid. nèc non Congregatio Sancti Officij, & aliquando contrahunt in gradu prohibito, & contrà voluntatem ſponſorum, qui à parentibus coguntur; ideò volentes prædictis, & alijs inconuenientibus occurrere, præcipimus Reuerendis Parochis, quod in poſterũ non

Concil. Trident. ſeſſ. 24. de ref. c. ſin. 31. & 3.

non denuncient nomina ſponſorum, niſi priùs explorata voluntate amborum ſecretim, & ſciunctim abſque interuentu parentum, & conſanguineorum, vèl aliorum, ſub quorum cura exiſtunt, & habito eorum conſenſu expreſſo procedant ad publicationes, quibus peractis, per fidem eorum manibus ſubſcriptam, Nobis conſtare faciaut, de eorum conſenſu, libertate, & ætate, & in denunciationibus non fuiſſe oppoſitum canonicum impedimentum, aliàs abſque noſtro decreto in ſcriptis non audeant, dictos ſponſos coniungere in facie Eccleſiæ ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, & quando aliquis ex ſponſis eſſet exterus, non præſumant ad denunciationes deuenire, niſi obtenta priùs à Nobis in ſcriptis facultate denunciandi, non obſtante, quod coram ipſis exibeant fides de libertate, ſeù atteſtationes aliorum Epiſcoporum, cum ſæpè contingerit, & & etiàm ex actis noſtræ Curiæ conſtet, aliquos perditos homines vſos fuiſſe falſis fidibus. Dictæ fides in vno folio deſcribantur, & pro mercede omnium dictarum ſcripturarum, publicationum, & acceſsuum ad explorandam voluntatem ſponſorum, non recipiant vltrà carolenos quinque.

## DECRETVM SECVNDVM.

ANtequam matrimonium denunciet Parochus, inquirere debet quales ſint, de quorum contractu agitur. An ætate legitima, quæ debet in maſculum excedere decimum quartum annum, & in fœminam duodecimum, quæ ſit earum conditio. An aliquo propinquitatis gradu ſint inter ſe coniuncti, deindè habito eorum cònſenſu, an eis placeat procedi ad denunciationes, & tunc tribus continuis feſtis de præcepto Eccleſiæ diebus publicè in Eccleſia, vel Eccleſijs, ſi diuerſæ Parochiæ contrahentes fuerint, intèr Miſſarum ſolemnia denunciationes trinas faciat, nèc vllam remittet ſine noſtra, vel Vicarij noſtri, Nobis abſentibus, licentia in ſcriptis, notificetque Parochus, quod occultantes reuelare aliquod impedimentum Canonicum, vel qui falſum aliquod impedimentum malitiosè attulerit, quod futurum legitimè matrimonium impediat, præter alias Iuris pœnas, Excommunicationis etiàm gladio punitur.

## DECRETVM TERTIVM.

QVO die denunciatio vltima facta eſt, nè ipſo die, niſi impetrata licentia, vt ſuprà Matrimonium celebret,niſi ea denunciatio facta ſit pridiè illius diei,quod eſt initium Quadrageſimæ, vel Aduentus, & tunc Parochus populo, antecedente denunciatione, ſignificet eo die, quo poſtrema denunciatio fiet,Matrimonium eſſe celebrandum, hortetur verò, vt in alterum, vel tertium, aliumuè diem differant conſumationem, & vt interea orationi frequentiùs vacent, & Miſſam,quæ habetur pro Sponſo,& Sponſa celebrari curent.

## DECRETVM QVARTVM.

MAtrimonium in Eccleſia Parochiali, vbi Sponſus, & Sponſa inhabitat,& coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius licentia in ſcriptis,celebretur ante altare Maius, vbi etiam fiet benedictio iuxtà formam Miſſalis, ac de mane, & orto ſole, & non ante diem, neque alio loco, aùt alia Eccleſia; quod ſi domi quandoque fieri à Nobis concedetur, conſtito priùs de legitima cauſa, id fiet, loco eiuſdem domus decentiori, vbi ſit ibidem Sacra Imago,alijs prophanis reiectis, meminetitque, prætèr ipſius Parochi,etiàm duorum,vel trium teſtium præſentiam neceſſariam eſſe, ac nè matrimonio iungat, qui Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta ignorant, quæ ſunt Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica, Symbolum Apoſtolorum, ac præcepta Decalogi, & Eccleſiæ, ſub eadem pœna ſuſpenſionis.

## DECRETVM QVINTVM.

SI infrà menſium duorum ſpatium à die vltimæ denunciationnis factæ, Matrimonium ex aliqua cauſa non fuerit celebratum, tunc denuò trinæ denunciationes habeantur, niſi aliter Nobis viſum fuerit.

## DECRETVM SEXTVM.

SPonsi non tantum simul cohabitent, sed nè vllo quidem modo mutua consuetudine, vel commercio vtantur antequam Matrimonium in Ecclesia per verba de præsenti fuerit coram Parocho, & testibus celebratum, sub pœna ducatorum viginti quinque iu Synodo Prouinciali taxata, & alijs nostro arbitrio, quod si vna coierint, supradictam pœnam Nobis reseruamus.

S. Carol tit. de spōs. matr. c. vlt. & 6. S. Cong. Episcop. Ruben. 28. Sept 1635.

## DECRETVM SEPTIMVVM.

VIduis nequaquam pateat ad secundas nuptias transitus, donèc certus prioris coniugis obitus, Nobis, vel nostro Vicario, Nobis absentibus, legitimè constet, & per testes probetur alibi obijsse, & à Nobis licentia concedatur.

c. si quis. necessitare 34. q. Far. n. de delictis carnis q 140. p. 4. 2n. 41

## DECRETVM OCTAVVM.

SI Parocho aliquod denuncietur impedimentum, is nè vlterius progrediatur, nèc etiàm ad alias denunciationes, etiàm si illud videatur falsum, vel malitiosum, seù nullius momenti, sed rem totam ad nos deferat, nèc quicquam statuat, quàm de eo, quod faciendum sit responsum acceperit, sub eadem pœna suspensionis.

## DECRETVM NONVM.

CAueanr etiam, qui Matrimonium contrahere cupiunt, nè fraude, dolo, & sub alio prætextu, vocato Parocho, siuè conscijs testibus, verba mutui consensus coniugalis proferant, &ità matrimonialem contractum perficiant. Qui secus fecerint Excommunicationis pœnam incurrant, & ducatorum quinquaginta pijs vsibus applicandorum; Eandemque pœnam excommunicationis incurrant testes, si scientèr adsint, & quicunque alij, ad id consensum, consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint.

## DECRETVM DECIMVM.

ADuertant etiàm oculatè Parochi, & Vicarij Foranei, nè qui præſertim aduenæ, & peregrini, ſub ſpecie Matrimonij, in concubinatu ſordeſcant, De qua re, quando rationabilis ſuſpicio appareat, Nobis inditia deferant, vt diligentiori examine veritas inclareſcat.

## DECRETVM DECIMVMPRIMVM.

Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 1.

PRocuret Parochus, vt Matrimonium contracturi, huius Sacramentum, & vim cognoſcant, cum peccato mortali nō accedant, ſed Confeſſione purgati Sacra Cummunione reficiantur.

## DECRETVM DECIMVMSECVNDVM.

Conc. Epiſcop. Art. ... Aprilis 1625.

SI aliqui Conſanguinitatis, aut affinitatis impedimento irretiti, obtinuerint diſpenſationem à Romana Curia, non coniungantur à Parocho, niſi præuio decreto noſtri Vicarij Generali. Quod ſi ante has ſolemnitates, copula habuerint, noua indigent diſpenſatione.

# De celebratione Miſſarum.

## PROEMIVM.

S. Leo ſerm. 15. de paſſ. Domini.

SVccumbat humana infirmitas gloriæ Dei, & in explicandis operibus miſericordiæ eius, imparem ſe ſemper inueniat. Quid autèm intèr omnia illius opera, in quibus humanæ admirationis fatigatur intentio, ità contemplationem mentis noſtræ ſuperant, ſicut illud Angelis, hominibus adorandum, inferis tremendum Miſſæ ſacrificium, in quo homo minoratus paulòminus ab Angelis, imò diuinæ factus conſors naturæ abſconditum Deum populo palàm facere, manibus attrectare permittitur. Agnoſcant Sacerdotes dignitatem ſuam, quos Dominus ſedere voluit cum principibus populi ſui, & admirabilis

Pſal. 8. 2. Pet. 1. Eſai. 45. S. Leo ſerm. 1. de Nat. Domini. Pſal. 112

bilis sacrificij ministerio beatissimos spiritus anteire, recolant super se effusas diuitias bonitatis Domini, dum æterno Patri incruentum Agnum, hostiam litantes pacificam, operato ex opere gratiæ flumina infideles corrigant, bellorum extingunt fulmina, à finibus Catholicis exulantem reuocat pacem. Animæ, quæ piaculi Purgatorij igne torquentur, ad Paradisi amęna virentia transmittuntur. Poterit ergo intèr Sacerdotes adeò audax aliquis inueniri, qui tremendum sacrificium, exercituum Domino immolaturus, non vereatur, se maligno spiritui in victimam immolare? Quid illi cum Corpore Christi, qui per carnis illecebras luxuriam sectando, membrum factus est Antichristi. Absit à grege nostro tàm impiùs profanator. Sacerdotes ergo, quos paterna charitate alloquimur, ignito confessionis calculo, purgent labia sua, quæ custodire teneãtur scientiam, vngant caput contemplationis oleo, oculos pręferant columbarum, omni criminum felle purgatos. Manus quæ non propositionis figurales panes, sed azimos Paradisi frangunt, myrrham laborum stillent Sanctorum. Corde nouo, & spiritu recto innouati, speciosis pedibus metuenda Altaria intrent.

S. Petr. Damia. ep. 6. ad Nicolaũ Pont.

Malac. 2

Matt. 6. Cant. 5. Psal. 50. Isai. 55.

## DECRETVM PRIMVM.

COgitent Sacerdotes omnes quanta, & quali præparatione, ad Altare Domini accedere, & quanta, ac quali animi puritate, & deuotione, & reuerentia hoc tàm excelsum, & sacrosanctum sacrificium celebrare, & in conspectu Cælestis Curiæ Diuinæ Maiestatis offerre debeant.

## DECRETVM SECVNDVM.

NOui Sacerdotes, antequàm celebrare incipiant, sacras Missæ cęremonias probè calleant, & promptè exercere assuescant, & coràm Nobis compareant, vt approbentur ab aliquo Sacerdote per nos deputando, & obtenta à Nobis licentia in scriptis.

DE-

## DECRETVM TERTIVM.

ANtè Missam deuotè aliquantispèr oret Sacerdos, ideòque in Sacristia adsit Oratorium, seù scabellum ad genuflexionis vsum, supra quod extet Crucifixi Imago, vel alia ad deuotionem excitandam idonea, & iuxtà illud tabella precum antè, & post Missæ celebrationem recitandarum apposita.

## DECRETVM QVARTVM.

DVm Sacerdos se induit sacris vestibus, nè colloquia misceat, sed orationes in Missali rubrica descriptas deuotè recitet.

## DECRETVM QVINTVM.

ANtequàm ad Altare, in quo Sacerdos est celebraturus Missam accedat, debet curare, vt candelæ sint accensæ, & vrceoli cum vino, & aqua, ac tintinnabulo præparati.

## DECRETVM SEXTVM.

IN Missa celebranda clarè, & distinctè, quæ recitanda sunt proferat, quæ secretò dicenda, nè alta voce pronunciet, à nimia festinatione caueat; rubricas, & ceremonias omnes noui Missalis Romani exactè obseruet.

## DECRETVM SEPTIMVM.

EXteri, & Peregrini Sacerdotes ad Missam celebrandam in nulla nostræ Diœcesis Ecclesia, absque licentia in scriptis obtinenda, à Vicarijs Foraneis, pet Rectores Ecclesiarũ, vel Sacristas admittantur, etiamsi à suis Ordinarijs litteras cõmendatitias, seù dimissorias eis ostendant. Caueant de contrario sub pena vnius mensis carceris, alijsque nostro arbitrio.

## DECRETVM OCTAVVM.

NVllus Cappellanus tempore, quo in aliqua Ecclesia obligatus est satisfacere abscedat, vel omittat, nisi de nostra licentia, alio Sacerdote substituto, qui suppleat; secus fructus non faciat suos, stipendio pro rata ex prouentibus illius, qui defecit, per Vicarios Foraneos exigendo, & ad Nos deferat.

## DECRETVM NONVM.

IN Sacristia Ecclesiæ, & aliarum Ecclesiarum, tàm in Ciuitate, quàm in Diœcesi habeatur tabella publica appensa, in qua sint annotata onera missarum, & anniuersariorum, officiorum, & aliorum satisfactionum, ad quas tenentur iuxtà legata, & alias pias dispositiones, necnon liber, in quo describantur dies persolutionis oneris cuiuscunque Missæ, & aliorum onerum satisfactorum; Et præcipimus, quod quilibet Sacerdos, statim post celebrationem Missæ, seù persolutionis aliorum onerum, describat manu propria, se adimpleuisse; Et nemo sub pœna suspensionis à Diuinis, ipso facto incurrenda audeat se in dicto libro subscribere, nisi verè, & realitèr satisfecerit.

## DECRETVM DECIMVM.

TEmpore, quo celebratur Missa Conuentualis, non celebrentur Missę priuatæ in alijsCappellis eiusdem Ecclesiæ, nisi post eleuationem.

## DECRETVM VNDECIMVM.

PRohibemus, nè in Ecclesijs, quę non existunt clausæ cum suis portis, & clauibus, nec habent Altaria conuenientia, de suis debitis requisitis prouisa, & quæ non sunt decenter coopertæ, Sacerdos aliquis non celebret, nec Altaria portatilia, vulgò dicta lapides sacrati, transferantur de vna Ecclesia ad aliam sub pœna suspensionis.

## DECRETVM DVODECIMVM.

PArochi Populum frequenter hortentur, vt in sua quisque Parochia, Missam audire non omittant in diebus festiuis sub pęna peccati mortalis; Sciant omnes, non excusari ab hoc præcepto, sub prætextu, quod non sit elapsum triduum à die mortis consanguinei; Neque Puellæ innuptæ sub inuento diabolico abusu, quod non sunt decentèr vestibus prouisæ, vel nè aspiciantur ab alijs, nàm parentes, alijque domestici, qui eas impediunt, etiam culpam lethalem incurrunt, & ad hunc effectum præcipimus celebrari Missam Auroræ, tàm in Ecclesia Cathedrali, quam in Matricibus nostræ Diœcesis, & etiàm prò opportunitate eorum, qui ad aliquid agendum ex necessitate compelluntur.

# Decreta Sacræ Congregationis Concilij Sanctiss. D. N. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui authoritate edita de celebratione Missarum.

CVm sæpè contingat in quibusdam Ecclesijs, tàm magnũ Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, vt illis prò singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri, & tandem noua onera Missarum in dies suscipiantur, indèquè fiat, vt depereant piæ testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragijs priuentur, Ecclesijs debitus subtrahatur cultus, ac Christifideles graui scandalo affecti, plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur; Cumque his malis maximum intèr cætera fomentum præbeat, aùt quòd ij, qui Missis super vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reducturas, aut quod Ecclesijs forte pecuniarum absumpta plerumque nuda remaneant onera Missarum, absque vllo emolumento, aut quod eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic se

mu-

muneri subijcere, & redditus Ecclesiæ, & Monasterij adeò exigui, vt Sacerdotes pro sua necessaria substentatione, nouis se oneribus obstringere compellantur. Sacra Congregatio Cardinalium, Sacri Concilij Tridentini Interpretum animaduertens facturam se rem Deo gratissimam, charitati, & iustitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat hunc deterrimũ à Christiana Republica conuellere, atquè eradicare Sanctiss. D. N. Vrbani Diuina Prouidentia PP. VIII. authoritate sibi specialitèr attributa, infrascripta Decreta edidit.

Ac primò strictè prohibet, atqne interdicit, nè Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera illa Missarum celebrãdarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ diligentèr prospecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur.

Alioquin reductionis, moderationes huiusmodi, si quas contrà huius probationis formam fieri contigerit, omninò nullas; atquè inanes decernit.

Deindè vbi prò pluribus Missis, etiàm eiusmodi qualitatis celebrandis, plura stipendia, quantumque congrua, & exigua, siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerunt, aut conferuntur in futurum Sacerdotibus, Monasterijs, Conuentibus. Congregationibus, domibus, & locis pijs quibuscunque, tàm sæcularibus, quàm Regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, ità vt alioquin ijs, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant, quinimmò grauitèr peccent, & ad restitutionem teneantur.

Id verò; vt deinceps obseruetur, exactius Sacra Congregatio eadem authoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tàm sæcularibus, quàm Regularibus cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunque ob causam concessa; quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratio-

ne, aut aliquibus collectis, seù Oratoribus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similitèr omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, nè eandem Missam alteri parte eiusdé eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat:

Præterea nè in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum sunt imposita, Sacerdotes in eis, vt par est adimplendis, eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod honera huiusmodi, cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta; statuit atque decernit, vt pecuniæ, aut bona mobilia, Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Congregationibus, Monasterijs. Conuentibus, ac locis omnibus tàm sæcularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda, cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab his, ad quos pertinet (sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda) à die reälis acquisitionis statim deponi debeant penès ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seù illorum pretium, quamprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructibus, cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur, ac si eadem bona immobilia, authoritate Apostolica, deinceps alienari contigerit, eorundem pretium, sub eodem pęna, vt supra deponi, atque in alijs bonis stabilibus, & itidem fructiferis cum eiusdem oneris receptione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tàm sæcularium, quàm Regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, districtè proibet, nè in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, sæculares quidem sine Episcopi, vel eius Generalis Vicarij, Regulares verò sine Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; Alioquin sæcularis, qui huius transgressor prohibitionis extiterit, ab Ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso; Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obti-

obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cœtero obtinenda, vocis actiuæ, & passiuæ absq; alia declaratione incurrat.

Eleemosynas verò quotidianas, & manuales pro Missis celebrandis ità demum ijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valeant, alioquin abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis in futurum recipiendis, capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa. Eleemosyna pro Missis; vel alia similis sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis, nè fideles hac ratione frustentur. Episcopus verò, seù eius Vicarius, aùt Generalis, aùt Prouincialis, vbi de licentia prò perpetuis oneribus fuerint requisiti in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nèc anteà assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quàm eis legitimè constiterint illius Sacerdotes, tàm nouo oneri suscipiendo, quam anti quis iam susceptis satisfacere posse, præcipuamque rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, & locis pijs reliquuntur, omninò respondeant oneribus iunctis, secundum morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in nouissimo die se huius prætermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremò Illustrissimi Patres non sine graui animi dolore intelligentes mala ferè omnia, quę regularem disciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facultatem fouent in oneribus missarum, suprà vires suscipiendis, veluti ex infecta radice pullurare ex maiori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemosynæ cuiusque Monasterij. Inhærentes Decretis hac de re editis Sanctissimi D. N. authoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscunque alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum Regularium, bona mobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscunque Ordinis, Congregationis; & Instituti, existentium infrà fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, vel tribus

Re-

Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis, probationibus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, Census, redditus, ac prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, vel obuentiones tàm communes, Monasteriorum, Conuentuum, ac Domorum eiusdem Prouinciæ, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seù permissas in communem vsum deinceps conferendas decem annorum immediatè præcedentium, habita, ratione diligentèr, ac maturè recognoscant, his omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliauè cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere, eaque omnia, scripto fidelitèr exarata, idem Superior, cuius intererit in proximo Capitulo, seù Congregatione generali, vel prouinciali, coram (nobis Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seù Congregatione eligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus supradictis sedulò examinent, quod Religiosi homines, connumeratis etiàm Laicis, alijsque necessarijs seruientibus) in vnoquoque Monasterio, Conuentu, ac Domo Regulari, iuxtà Religionis, & Proprij Instituti morem, victum, & vestitum, ac medicinalia in cōmuni habentes, competentèr valeant, substentari, tùm eorum bonorum, redditum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capittulo, seù Congregationi exibeant, vt in illo omnibns diligentèr discussis cuiusque familiæ, Monasterij, Conuentus, & Domus Regularis in singula quaque Prouincia, certus earum tantum personarum numerus Pattuum Capitularium viso præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuētionibus, vt superiùs sufficientèr vti possint

Nè verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aùt remissius, quàm par est, suo muneri satisfaciant, mandat Sacra Congregatio, vt infrà annum post proximum Capitulum gerale, vel prouinciale computandum, omne hoc de genere, capitualitèr gesta, in authenticam formam redacta ad sacram Congregationem ipsi singuli mittant, numerumque familiæ singulorum Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi Regularium sententia, & authoritate præfinitum, ijdem Superiores, tam Generales, quam Prouinciales omnes, quam locales perpetuò seruarę omninò, teneantur, nèc possint illud

quo-

quoquomodo augere, etiam prætextu augumenti reddituum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentia; Superiores autẽ huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo tempore non præstiterint, vel numerum, vt supra, præscriptum, quouis modo, vt supra præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisque actiuæ, & passiuæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus, inhabilitatis perpetuæ pœnam, eo ipso incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis, Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus Congregatio, vel Societas Religiosorum, seù Regularium nullibi reperiatur, nisi præter alia ad id requisita in singulis eiusdem locis, duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seù Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis detractis omnibus, vt supra detrahendis, competentèr substentari valeant, ad præscriptum Decreti fel. rec. Grigorij XV. hac de re editi Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt suprà substentari, atque inhabitare non poterunt, & actu nõ habitauerunt, Ordinarij loci, visitationi, correctioni, atq; iurisdictioni subiecta esse intelligantur. Porrò, nè vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, seù dissuetudinem abeant, Superiores locales cuiuscunque Monasterij, Conuentus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur sub pœna priuationis officij, vocisque actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum sexto quoque mense, idest feria secunda, post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post octauam Corporis Christi, præsentes Ordinationes in publica Mensa perlegantur. Omnibus, tàm Ecclesiasticis personis, cuiuscumque sint ordinis conditionis, & gradus, quam laicis quocumque honore, ac potestate præditis præsenia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitùs interdicta.

Non obstantibus (quod supradicta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta) Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, & S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum,

Socie-

Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiàm necessariò, & indiuiduo exprimendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Cõfraternitatuum, & aliorum quorumcumque, tàm Secularium, quàm Regularium locorum, nèc non illorum, etiàm iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate, aliàs roboratis. statutis, & consuetudinibus, etiàm immemorabilibus. priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Maremagno, seù Bulla Aurea, aùt aliàs nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, ac insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiàm motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aùt aliàs quomodolibet etiàm per viam commutationis, seù extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiàm si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum (non autem per clausulas generales) mentio, seù quæuis alia expressio sit habenda, aùt aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentibus, quibus, quoad ea, quæ præsentibus aduersantur (illis alijs in suo robore permansuris) Sacra Congregatio autèm specialitèr, & expresse derogat, cæterisque contrarijs quibuscumque,

Et nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes Ordinationes in Valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateraneñ; ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est affixæ, omnes, ad quos pertinet, ità arctent, & afficiant, ac si vnicuique intimatæ fuissent. Vt earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica munitis, eadem prorsus fides adhibeantur, quæ præsentibus adhibeantur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ die 21. Iunij 1625.

SESSIO

# SESSIO TERTIA

## DIE XXX. OCTOBRIS.

## De horis Canonicis.

## PROOEMIVM.



VM Fideles suos oleo exaltationis vnxerit Psal. 44.
Deus præ consortibus eorum, quo refuga Cœli in regione longinqua, porcorũ seruitio mancipauit, & ad fastigium Sacerdotij, Regnique euhexerit, tantæ largitatis memoria, iure optimo, illorum animis insidere debet. Proindè Auctori nostro templa construenda in Cathedra Seniorum laudes recitandæ, vocifirationis hostiæ sunt immolandæ. Verum Clero electo à millibus, præcipuo studio diuinis est laudibus incumbendum. Exurgat igitur gloria Domini, exurgat psalterium, & cithara, exurgant filij Dei diluculò, & in matutinis meditentur in illo, qui exit ad Vineas, vt dulcem turturis vocem audiat in terra sua. Sonet deuota vox Sacerdotum in auribus Domini, & inter clamantes Seraphim, melos eorum, vt admitti iubeat, deprecentur. Præocupent faciem eius humili in confessione, & in Psalmis iubilent illi. Verum sicut à beatissimis mentibus à purissimis Cœlis, qui enarrant gloriam Domini, concinendi ritum est edocta Ecclesia,ità illorũ studeant imitari candorem, & ne sordidis obstrepentes moribus; à Domino deturbentur de Choro cantantium. Omnis nauanda est opera, vt voci corda respondeant, nè cum labijs honorant Deum, cor eorum peregrinetur ab illo. Verba religiosè ex ore distincta resonent, non obscitantèr, non tepidè, nè opus Domini negligentèr agentibus maledictio infligatur. Non confusè, non properantèr soluant vota sua. Mentis modestiam, præferant oris, habitusque compositio. Ità profectò fiet, vt vel

Luc. 15. Psal. 106 Psal. 26. Cant. 6. Psal. 56 Cant. 2. Ibid. Psal. 94. Psal. 18. Isai. 29. Hier. 48.

iratus Deus, dum vindictam in Nos intorquet, orationibus deuitetur, petentibus desiderata concedat, & Ecclesiam tueatur.

## DECRETVM PRIMVM.

VT cultus Diuinus magis augeatur, & torpentium animi in seruitio Dei excitentur, horæ Canonicæ quotidiè celebrentur in Ecclesia Cathedrali, secundum antiquam, & laudabilem consuetudinem, quam experimento probauimus, sic etiàm, & missa Conuentualis in Ecclesijs Matricibus nostræ Diœcesis, vbi sunt ad minus octo intèr Sacerdotes, & Clericos constitutos in Sacris, horæ Canonicæ pro qualibet die festiua saltèm, vel cantentur, vel legantur, omnesque in Choro opportuno tempore conueniant, dato priùs signo Campanæ, vbi recitetur Matutinum cum laudibus, alijsque horis Canonicis, postea per Archipresbyterum, seù alium Sacerdotem, eo impedito, cantetur Missa Conuentualis cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi, in qua omnes Ecclesiastici assistant, etiàm Clerici in minoribus, & similiter hora competenti conueniant omnes ad horas Vespertinas, & Completorium, quibus persolutis in die Dominico, fiat Collatio Casuum Conscientiæ iuxta nostras Constitutiones, vbi omninò interueniant Parochi omnes, non tamen ad dictas horas Canonicas de mane, vbi sunt plures Parochiæ, cum eodem tempore debeant celebrare Missas in suis Ecclesijs, & post prandium docere Doctrinam Christianam, & deindè conueniant ad collationem casuum.

## DECRETVM SECVNDVM.

IN recitando Diuinum Officium quilibet de Clero teneatur interesse cum habitu Clericali, Tonsura, superpellicio, & birreto clericali, nèc priuatim officium recitent, nec aliena colloquia intermisceant, aùt de sede in sedem vagentur, nèc quicquam aliud faciant, sed laudes diuinas studiosè, distinctè, ac deuotè recitent, nec vllus error admittatur, concordi voce psalant omnes cum debita pausa in medio cuiuscumque versiculi,

culi, cum opus fuerit singuli eodem tempore assurgant, sedeant, genuflectant, & capita detegant, nec aliquem laicum in Choro admittant, dum officia diuina celebrantur; sub pœna excommunicationis, in quam pęnam incurrant etiam laici.

## DECRETVM TERTIVM.

SAcristæ dictarum Ecclesiarum conficiant librum, in quo adnotent nomina eorum, qui non intersunt; In Cathedradrali Nobis singulis bimestris consignent, & in Diœcesi Vicarijs Foraneis, vt ad Nos remittant; Caueant dicti Sacristæ de contrario sub pœna excommunicationis alijsque &c.

## DECRETVM QVARTVM.

OMnes Ecclesiæ Matrices prouideantur de Martyrologio, & in Choro legatur ad Primam, antequam deueniatur ad illud Versiculum, Prætiosa in cospectu Domini. Necnon prouideantur, vbi non extant, de libris, qui dicuntur, Gradualis, & Vesperalis, cum suis notis, ad vsum Cantus Gregoriani, infrà menses tres, à die publicationis præsentis Synodi, sub pœnis arbitrio.

# De Sacrosantis Ecclesijs, & earum Immunitate.

## PROOEMIVM.

LIcet Templum sanctum Domini, in Celo, & ibi sedes eius, vbi in spiritu, & veritate à supremis mentibus adoratur Psal. 10. Mal. 18.
tamen quia illius immensa est bonitas, Tabernaculum suum, quod in solo posuit, non horruit in hominum etiam papilionibus collocare, & inter eos figere tentoria sua, ab ipso enim Mundi nascentis exordio, lapides sibi in titulum erigi placuit,

in Silo,& in Ierusalem Templa,in quibus præcipuo ritu, & cæremoniis veneraretur attolli. Nulla tamen adeò ingenti
Ezech. 4 Esa. 9. structura à Regibus, & Prophetis sunt excitata, vt cum Ecclesiæ Catholicæ tùm interna, tùm externa fabrica conferri possint, in illis enim, velut in latere Catholicam Ierusalem depinxit, quam propriis manibus(Sapientiã septem excidente columnas sibi erexit Omnipotens suoque sanguine picturauit. Vndè iure merito cum sapientissimo Salomone dicere possumus. Verè ne Dominus habitat super terram. Omni igitur pietate, & pauore in Ecclesia est commorandum. Ibi lumina cum Publicano humi deiicienda, nisi quantum mysteria Domini venerabundi aspicimus. Nullæ confabulationes, minus turpes sermones miscendi, incompti risus eliminandi. Caueant fideles, ne domum orationis, in Domum negotiationis vertant, sed ad Ecclesiam, quasi ad omnipotentis Regiam est accedendum, in qua ipse cum reliquo Sanctorum cætu, gloriosus existit.& deuotas, piasque mentalium preces, è Maiestatis suæ excipit solio.

## DECRETVM PRIMVM.

PArochi doceant fideles ipsos, cum sint puluis, & cinis, in Ecclesijs præcipuè loqui ad Dominum, proindè illas omni corporis, animæque munditia, veluti Sancta Sanctorum ingrediantur, humilitèr, & modestè in eis consistant. Vtroque flexo poplite Sanctissimam Eucharistiam adorent, ad salutare Iesu nomen, & Virginis Mariæ caput inclinent. Rixas tumultus, strepitus, non excitent, dum Missæ Sacrificium, præcipuè Diuina officia, & Conciones habentur, faciem, non terga ad Altaria vertant.

## DECRETVM SECVNDVM.

DOlentes referimus, plerasque huius nostræ Diœcesis Ecclesias, etiam Parochiales, tàm malè instructas, & ruinosas comperijsse, vt speluncas potiùs appellari liceat, quàm Templa, & Domus Dei. Hortamur igitur, & pro nostro

ftro paftorali munere præcipimus Vniuerfitatibus, & hominibus locorum eiufdem, vt collapfas, & malè habitas, quàm citiùs inftaurandas curent, cum onus fit Parochianorum fartas, tectafque illas conferuare, quando redditus Ecclefiarum non fufficiant, memineritque illud Aggei primo. Quia domus mea deferta eft, & vos feftinatis, vnufquifque in domum fuam. Propter hoc fuper vos prohibiti funt Cœli, nè darent rorem, & terra prohibita eft, nè daret germen fuum; Alioquin cogemur ad Iuris remedia, & interdicta deuenire.

## DECRETVM TERTIVM.

NVlli liceat Ecclefias, Cappellas, Oratoria publica, aliaué ædificia huiufmodi, de nouo erigere, vel Altaria conftruere, fiuè de loco ad locum transferre, abfque noftra, aut Vicarij noftri licentia in fcriptis impetrata, fub pænis in facris Canonibus conftitutis, alijfque arbitratu noftro imponendis.

## DECRETVM QVARTVM.

PRæcipimus igitur omnibus Parochis, ac Rectoribus, in quorum Ecclefijs tale aliquid de nouo attentatum fuerit, vt de eo nulla interpofita mora Nos certiores reddant, quod fi facere neglexerint, meritas pænas luent, qui verò in fuis Ecclefijs, aut Parochijs, Altaria, aut Oratoria huiufmodi erigi, aut ædificari, licentia à Nobis priùs non impetrata, confenferint, fiuè permiferint, pæna decem aureorum, locis pijs applicandorum, mulctabuntur. Quæ vero legitima auctoritate conftructa fuerint, ab ijs, ad quos fpectant integra, & claufa feruentur: Altaria itidem indotata, nifi decentèr linteis pallijs cooperta, ac alijs rebus neceffarijs inftructa, & ornata fuerint, poft vnam, & alteram patronis factam menfionem diruantur; nifi alitèr à Nobis prouifum fuerit.

## DECRETVM QVINTVM.

NVlla Ecclesia, absque nostra licentia diruatur, etsi id fieri aliquando contingat, cæmenta, lapides, tigna, omnis demum dirutæ Ecclesiæ materia alicui prophano vsui Nobis inconsultis non inseruiat, sed ad alterius ædificandæ, si fieri potest, seruetur. Quæ enim semel Deo dicata fuerint, in prophanum vsum conuerti nòn debent, & nè vllò vnquam tempore diruta Ecclesia in sordidum vsum conuertatur, Parochus inter cuius fines erit, inuigilet, vt quantocitius per eos ad quos pertinet, Crux aliqua conspicuè altitudinis, & magnitudinis ad præscriptum Sacri Concilij Tridentini apponatur. Onera Missarum, & omnia supellectilia ad Ecclesiam Cathedralem in Ciuitate, & ad Matrices in Diœcesi transferantur.

## DECRETVM SEXTVM.

PErnoctationes, & nocturnas vigilias in quibusuis Ecclesijs tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, & in Confraternitatum Oratorijs fieri omninò prohibemus, nòn obstante quacunque consuetudine, quam in præsenti Decreto annullamus, & reprobamus, sub pæna Interdicti Ecclesiæ, sed deflectente Sole, & pulsata Salutatione Angelica, statim claudantur; manè verò non ante Auroram; eadem Angelica Salutatione pulsata, aperiantur. Quarè curent Vicarij foranei, & alij Ecclesiarum superiores, etiam Regulares, vt nunquam inter noctu apertæ remaneant, quamuis frequens ad eas, deuotionis causa, concursus habeatur, sub eadem pæna.

## DECRETVM SEPTIMVM.

ECclesiæ solum, nè fodiatur, maximè pro tumulandis cadaueribus defunctorum, sed in sepulturis, seù tumbis profundis infrà terram, iuxtà Constitutionem Pij V. sepeliantur.

## DECRETVM OCTAVVM.

MOnemus omnes cuiuscunque status, & conditionis sint, nè delinquentes quoscunq; ex Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, Domibus Regularibus, & Saecularibus, locisuè sacris, aut Religiosis, etiam in casibus à Iure permissis extrahere, siuè abducere sine nostra licentia, sub pæna excommunicationis ipso facto incurrenda, iuxtà Constitutionem fel: record: Gregorij XIV. quæ incipit. Cum aliàs nonnullis 9. Kalendas Iunij 1591. quam pro inserta hic haberi volumus, nè verò facinorosi homines hoc beneficio abutantur, prohibemus Clericis sub pæna excommunicationis, & alijs nostro arbitrio, nè delinquentes huiusmodi, sine nostra licentia in scriptis recipere audeant, etsi ipsimet delinquentes, instanti periculo eo confugerint, ijdem Clerici teneantur quam primum Nos certiores facere, similitèr si quispiam reum ad Ecclesiam confugientem extrahere tentauerit, Nobis significet sub eadem pæna; In Monasterijs Regularium adsunt litteræ Sacræ Congregationis, tenoris &c.

Non piace à Nostro Sig. che le Chiese, & alri luoghi Sacri seruano d' Asilo, e recettacolo dei tristi, onde m'hà fatto commandare di scriuere à V. S. che faccia prohibire, & intimare per parte di Sua Beatitudine à i Superiori de i Monasterij de Regolari di tutti l'Ordini con il mezzo degl'Ordinarij, ò come meglio parerà à lei, che per l'auenire non diano ricetto à sorte alcuna di Condennati, nè Banditi, Ladri, ò altre genti di mal'affare, nè à Falliti, e Debitori, sotto pena della priuatione d'Officij, se hauerà hauuto notitia del ricetto ancorche non siano trouati questi tali nelli Monasterij, & sotto altre pene, anco maggiori ad arbitrio della Santità Sua, & vuole in oltre, che si stia auertito per punir quelli, che haueranno ardire di contrauenire à quest'ordine. Roma li 11. di Aprile 1611. Il Cardinal di Fiorenza.

S. C. Reg. 2. April. 1602. Inb die 3. Maij 1592.

## DECRETVM NONVM.

Bulla Cęnæ c. 19. ca. de fer. cop.

NOtificamus pœnam excommunicationis, ipſo facto ex Bulla Cęnæ Domini incurrere eos, qui Eccleſiaſticas perſonas capere, carcerare tradere, aduerſus ipſas proceſſus formare, caſuè directè, vel indirectè in Iudicium vocare præſumpſerit. Mandamus etiam omnibus, & ſingulis in hac noſtra Ciuitate, vel Diœceſi commorantibus, quacunque auctoritate, vel dignitate, aut iuriſdictione ſęculari fulgentibus, eoſque hac Synodali Conſtitutione vnica pro trina canonica monitione requirimus, ac monemus, vt in poſterum nemo præſumat quouis modo, & quæſito colore impedire Officiales noſtros, & Archiepiſcopalis Curiæ ſeruientes, famulos, Diaconos, Syluaticos, vel quaſcunque perſonas noſtræ Iuriſdictioni ſubiectas, vel ipſorum aliquem, quominus iuriſdictione Eccleſiaſtica, contrà quoſcunque iuxtà Canonicas Sanctiones, liberè vtantur, minuſq; eoſdem prohibere, & impedire in exequendis mandatis, ſpectantibus ad prædictam Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, aut eos ſub quouis prætextu, aut cauſa carcerare, cum foro noſtro ſubiecti de iure ſint, & exiſtant, & eis vtamur pro conſeruatione Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, etſi de facto carcerentur in caſibus à Iure conceſſis, teneantur ſtatim, quacunque etiam extraiudiciali monitione, vel notificatione præcedente, illos ad Nos remittere ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda.

C. cum ab homine de iudic. Ab. & Felin. eodem tex. cōp.

## DECRETVM DECIMVM.

PVblicanos, vel alios vectigalia in hac Ciuitate, & Diœceſi exigentes, moneant ſæpè Parochi, & Confeſſarij inculcent eos, ſalua conſcientia non poſſe, nec debere exigere à perſonis Eccleſiaſticis, etiam ſpontè dantibus vectigalia, Gabellas, Collectas, & alias quaſcunque laicales exactiones, & impoſitiones, ſub pœna excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini impoſita.

DECRE-

## DECRETVM VNDECIMVM.

EAndem etiam censuram incurrant Domini temporales, quocunque titulo fulgeant, vel eorum officiales, qui quouis modo, & quæsito colore prohibent, nè Clerici, vel eorum famuli, aut alij eorum nomine coquant panem in alijs furnis, quàm in furnis Domini, vel non vadant ad molendum, aut macinandum, nisi in Molendinis Domini, & quod non teneant, & macinent oliuas, nisi in trappetijs, seù montancis Domini, & similia, quæ sunt contra Ecclesiasticam libertatem, & hoc sæpe Curati Populo notificent.

C. fin. de immun. Eccl. in 6. Felin. in c. Ecclesiæ P. Maric. num. 64. Prag. Castol V in cip. audiuimus.

## DECRETVM DVODECIMVM.

EXcommunicationis latæ sententiæ vinculo innodatos, decernimus omnes, tàm Clericos, quàm Laicos quoscunque, qui palàm, vel occultè per se, vel per alios Iudices, & Officiales laicos contrà personas Ecclesiasticas, aut Ecclesiasticam libertatem, sæculare auxilium inuocauerint, aut consilium, vel auxilium dederint. Si verò Clerici fuerint, qui hæc commiserint, vltrà dictam excommunicationem; fructibus suorum beneficiorum per biennium priuamus in pauperes orogandis, itaut tuta conscientia eos sibi retinere non liceat.

## DECRETVM DECIMVM TERTIVM.

NVllus Dominus temporalis, vel Officialis, siuè quæcunque alia persona audeat deterrere, seù quocunque alio modo se intromittere impediendo directè, vel idirectè, nè debitores Ecclesiarum soluant decimas, Mensæ Archiepiscopali spectantes, & alia debita Ecclesiarum, neque illos consulere, quod eas non soluant sub quouis prætextu, vel quæsito colore factis verbis, vel minis prohibere personis Ecclesiasticis, siuè eorum Procuratoribus, quod debita Ecclesiarum non exigant, vel non declarentur excommunicati.

## DECRETVM DECIMVM QVARTVM.

ANimalia Clericorum, quæ fuerint inuenta damnificare, non tenentur ad pœnam, sed tantùm ad damnum, pro quo conueniri coram Iudice laico non possunt, vt declarauit Sacra Congregatio in vna Castren. tenoris sequentis, Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Immunitati Ecclesiasticæ, & controuersijs iurisdictionalibus Præpositorum, censuit, cognitionem tàm damnorum datorum in bonis Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quàm pœnarum eorundem damnorum spectari ad Curiam Episcopalem M. Card. Ginettus. Franciscus Paluccius Secretarius.

# De Clericis coniugatis.

## DECRETVM PRIMVM.

CLerici coniugati gaudeant priuilegio fori tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus prout Sacra Congregatio decreuit his verbis. Sacra Congregatio Cardinalium super controuersijs iurisdictionalibus sæpiùs respondit. Clericos coniugatos habentes requisita, cap. vnico de Clericis coniugatis in 6. gaudere priuilegio fori, etiam in causis merè ciuilibus non dependentibus à criminalitate. Berlingerius Cardinalis Gypsius, Locus ✝ sigilli, Franciscus Paluccius Sacræ Congregationis Secretarius.

## DECRETVM SECVNDVM.

MVlieres etiam Clericorum coniugatorum, gaudeant priuilegio fori, prout Decretis Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium, controuersijs Iurisdictionalibus præpositorum, ad dubia proposita respondit Vicario Generali Mileti, die 20. Nouembris 1640. & ad Episcopum Castren. transmissis.

# De Diaconis Syluaticis.

## DECRETVM PRIMVM.

Diaconi quoque Syluatici, eorumque mulieres gaudeant priuilegio fori, prout ex supradictis decretis Sacræ Congregationis dicto Vicario Generali Mileti missis, & ad Episcopum Castren. transmissis

# De Ecclesiarum bonis seruandis, & non alienandis.

## PROOEMIVM.

NE' Ecclesiæ bona, quæ sunt hæreditas Christi, vindemient omnes, qui prætergrediuntur viam, neuè Aper de Sylua furens, scilicèt auaritia exterminet illa; verum augeantur in dies; præcipimus Parochis, vt primis Aduentus, & Quadragesimæ Dominicis inter Missarum solemnia, Sacri Concilij Tridentini Decretum hoc vulgari idiomate denuncient, vna cum capitulo excommunicationis Cæ Domini.

# Decreto del Sacro Concilio di Tento sess.22. cap.11.

SE l'Auaritia, radice di tutti i mali in tanto occuperà l'animo d'alcun Clerico, ò Laico di qualunque dignità resplenda, anco Imperiale, ò Reale, che presuma per se, ò per altri con forze, ò con timore, ouero ancora per supposte persone di Clerici, ò Laici, ouero con qualsiuoglia arte, ò procurato colore, conuertire in proprio vso, & occupare, & impedire, che non si riceuino da coloro, à chi di ragione toccano le Giurisdittioni, Beni, Censi, e raggioni, anco feudabili, &

 emphy-

emphyteotiche, frutti, emolumenti, ouero qualſiuoglia conuentione, che ſi debbono conuertire in neceſſità de'miniſtri, ò poueri d'alcuna Chieſa, ò vero di qualunque beneficio ſecolare, ò Regolare, di Monte di pietà, ó d'altri luoghi pij; queſto tale ſoggiaccia alla maledittione, e ſcommunica maggiore ſin tanto, che hauerà intieramente reſtituito alla Chieſa, e ſuo Amminiſtratore, ò Beneficiato, le giurisdittioni, beni, robbe, raggioni, frutti, e rendite, le quali hauerà occupato, ò vero in qualſiuoglia modo anco per donatione di ſuppoſta perſona, le ſaranno peruenute nelle mani, e dopò hauerà ottenuta l'aſſolutione dal Santiſſimo Sig. Noſtro Pontefice Romano; E ſe ſarà Padrone della medeſima Chieſa ſia ſubito, oltre l'altre pene, priuo anco del Ius Patronato. E il Clerico, che ſarà ſtato fabricatore di queſto ſcelerato inganno e di tal vſurpatione, ò ne ſarà ſtato conſentiente, ſottogiaccia alle medeſime pene, e di più reſti priuato d'ogni ſorte di beneficio, & anco dopò l'intiera ſodisfattione, & aſſolutione, reſti ſoſpeſo dall'eſecutione de'ſuoi ordini, ad arbitrio del ſuo Ordinario.

## Ex Bulla Cœnæ Domini.

ESCommunicamo ancora, & anathemizamo, quelli, che vſurpano, e ſottragono le giuriſdizioni, ò frutti, e rendite, ò prouenti appartenenti à perſone Eccleſiaſtiche, e per loro ottenuti, ò vero per qualſiuoglia occaſione, ò cauſa ſenza eſpreſſa licenza del Pontefice Romano, le ſequeſtrino, ò vero che ſenza ſimile ſpeciale, & eſpreſſa licenza del Pontefice Romano impongono collette, decime, taglie preſtanze, & altri peſi alli Clerici, Prelati, & altre perſone Eccleſiaſtiche, ò à loro beni, ò delle Chieſe, Monaſterij, ò altri beneficij Eccleſiaſtici, & à frutti, rendite, e prouenti di quelli, e con diuerſi queſiti modi le riſcuotono, ò vero l'accettano da chi le dà, e concede ſpontaneamente.

DE-

## DECRETVM PRIMVM.

OMnes Ecclesiarum Rectores, Canonici, beneficia possidentes, Procuratores piorum Locorum, & Confraternitatum Administratores, infrà duos menses ab huiusmodi promulgatione, librum ad Nos deferant, in quo sint descripti annui Census, & redditus, bona item mobilia semouentia, credita, & immobilia cum finibus, & terminis locorum, omnia insuper iura, quocumque nomine nuncupata, vt inspiciamus quo ære alieno sint grauata. Si quæ fraudulentèr, & indebitè occupata sint. Verum locationes, & alienationes bonorum Ecclesiæ quomodolibet, sine Sanctæ Sedis licentia confectæ sint nullæ. Sacra enim Congregatio Concilij censuit, & ad cap. 11. sess. 22. declarauit, Canonicos, & Beneficiatos teneri tradere Episcopo notam, & exemplar authenticum omnium bonorum ad dictos Canonicatus, & Beneficia pertinentium, vt reponere possit in Archiuio. Vnum ergò exemplar manu Notarij roboratum apud illos extet, alterum eodem modo munitum in nostro Archiuio seruetur. Clerici si non paruerint suspensioni, Laici verò interdicti pęna plectentur.

Paul. IV. const. incip Iniũctum. Idẽ Iul. an. 1555. in motu prop. incip. cum nos.

Sixtus V. inc. Prouidã 8. Iun. 1587 Abb. 43. dub. 46. de visit. p. 2. q. 3. S. Carol. Instruct. var. p. 2.

## DECRETVM SECVNDVM.

BOna Ecclesiæ, si quæ in emphiteusim, vel locationem etiam ad longum tempus sunt tradita, non diuidantur appositione terminorum, si qui sunt appositi, anferantur.

Brachiũ. 3. de off. Baiul. anno 1589.

## DECRETVM TERTIVM.

ET quia non sine magno præiudicio, & detrimento Ecclesiarum compertum habemus, quandoque alienata fuisse vel in dotem assignata bona stabilia Ecclesiarum, quæ cum transient in alienas manus, ignorantur nomina possessorum, quæ non sunt descripta in platea, & per sæpè negant soluere censum super dictis bonis impositum, asserentes, licet friuolè se absque tali onere accepisse; Ideò cupientes pro nostra pastorali solicitudine consulere indemnitati Ecclesiarum, nostræ

Iurisdi-

Iurisdictioni subiectarum, pręcipimus, quod absque nostro, vel nostri Generalis Vicàrij in scriptis habito consensu, nec in dotem, nec in melioramenti rationem donentur, cedantur, diuidantur, vel quomodolibet alienentur, sub pęna caducitatis incurrendæ, & excommunicationis latæ sententiæ.

## De Decimis.

### DECRETVM QVARTVM.

S. Carol. synod. 3 Diœces. dec. 5. c. reuer. timini, & sequ. 16. q. 1. Trident. sess. 25. c. 12.

DEcimarum solutio, nedũ ex antiquis patribus ad hæc nostra tempora inuiolabili serie ad Populos, transmissa est, sed ex sacrarum literarum Iure, Canonum, & Summorum Pontificum Cõstitutionibus roborata est, vbi viget consuetudo omninò illibata seruetur, nec fraus vlla in soluendis illis immisceatur sub excommunicationis pęna, à qua huius Decreti transgressores iuxtà Sac. Conc. Trid. Decretum, non absoluantur, nisi priùs eis, ad quos illæ pertinent, non fuerit satisfactũ; Ideò præcipimus, vulgari idiomate, populo explicari qualibet Dominica prima Mensis Maii, & Septembris, cum multa mala eueniant non soluentibus decimas, & multa bona ex earum solutione.

Eod. c. reuertimini 16. qu. 1. Abb. in c. ex parte ilr. de decim. Guido p. dec. 283. add. ad Capp. Tholos.

Non si deuono sopportare, ò patir quelli, che con varie arti & inganni, cercano di ritener, ò non pagare le decime, che si deuano alle Chiese, ò che temeriarmente, ò senza raggione occupano, ò vero vsurpano quello, che deue pagarsi da altri, ò le conuertino in vso proprio, essendo che la solutione, ò pagamento delle decime sia donuto à Dio, & perciò quelli che non vogliono pagarle, ò impediscono, che altri non le paghino, occupano, & vsurpano l'altrui. Commanda dunque il Santo Concilio à tutti di qualsiuoglia grado, ò conditione, che sono obligati à pagar le decime, che per l'auenire paghino intieramente quelle, alle quali sono tenuti di ragione à quella Cathedrale, ò à qualsiuoglia altra Chiesa, ò persona, alle quali legitimamente si debbano, e che quelli, ò che le ritengono, ò l'vsurpano, ò vero impediscono chi l'hà da pagare, si debbano scommunicare, ne s'assoluino da questo peccato,

cato, o delitto, se non doppo, che haueranno intieramente restituito, e sodisfatto.

## DECRETVM QVINTVM.

QVanto igitur studio Ecclesiarum, & piorum locorum bona conseruari debeant, indè patet, quod patrimonium Christi appellantur, licèt enim Domini sit Orbis terræ, & plenitudo eius, ea tamen tanquam sua propria esse voluit, ac reseruauit; Quàmobrem, vt indemnitati iurium, & bonorum Ecclesiasticorum prouideamus, prædictorum bonorum alienationes, concessiones, etiam in emphiteusim, siuè quocumque prætextu, & titulo nuncupentur, & locationes vltra triennium, nisi cum facultate, & dispensatione Apostolica, aut nostra (in quantum Nobis conceditur) & seruatis seruandis in huiusmodi alienationibus, iuxtà Constitutiones, & Ordinationes Summorum Pontificum, fieri prohibemus, & qui contrafecerint tam pęnis in Sacris Canonibus constitutis punientur, quam alijs arbitratu nostro infligendis.

## DECRETVM SEXTVM.

ADmonemus nihilominus omnes, vt qui Ecclesiastica bona, malè alienata possident, nèc dispensationem à Sede Apostolica adhuc obtinuerint, quàmprimũ dent operam vt illam consequantur, & obtineant, & alia omnia faciant, quæ ad huiusmodi rei expeditionem requiruntur, quod vt faciliùs obseruetur, constitutionem Pauli II. fel. rec. quæ incipit Ambitiosè, in singulis Parochialibus Ecclesijs semel saltèm in anno patria voce legi, aut recitari mandamus, vt omnes quid vetitum illis sit, & quas pęnas incurrant, facilius scire, & intelligere possint, si ità Parochis videbitur.

## DECRETVM SEPTIMVM.

BOna cuiusque hominis per vim, aut fraudem detinere, peccatum graue est, bona verò, fructus prouentus quoscunque,

cunque, aliasque id genus, quæ vel Ecclesiæ, vel pijs locis quacunque ratione debentur, illis itidem modis occupare, scelus grauissimum est, ac excommunicationi annexum. Et quoniam bonorum Ecclesiarum vsurpationes, plerumque accidere solent, propter tacitam permissionem, vel proter negligentiam eorum, qui beneficia Ecclesiastica obtinent: Etenim dum ea, vel affinibus, & consanguineis suis, vel ijs, qui alia bona confinia possident, locant, aut ideo tacent, vt illis morem gerant, aut fines bonorum Ecclesiæ scire negligunt, ac proptereà locatores fines suos ampliando, partem eorum, qui ad Ecclesiam pertinent, sibi vsurpant; Nè in nostra Diœcesi hoc vlterius euenire contingat, omnibus Ecclesiastica bona obtinentibus expresè iubemus, nè illa, aut partem illorum affinibus, vel consanguineis suis locare præsumant sine nostra speciali licentia sub pęna librarum centum ceræ albæ in beneficium eiusdem Ecclesiæ arbitrio nostro applicandarum.

## DECRETVM OCTAVVM.

HIs verò, qui confinia bona possident, non alitèr bona Ecclesiastica, seù piorum locorum locari præcipimus, quam expresè nominatis in Instrumento locationis finibus mensionatæ terræ, & apposito aliquo permanente signo in iis, antequam locatores vtilem conductionis possessionem accipiant.

# Contra Damnificantes Bona Ecclesiastica.

## DECRETVM PRIMVM.

ET quoniam nonnullorum prauitas, seù nequitia adeò creuit, vt bona Ecclesiastica quoquomodo data opera damnificare non desinant. Proptereà sub pęna excommunicationis maioris latæ sententiæ districtè præcipiendo mandamus, nè vllus in posterum audeat data opera cum eorum animalibus, seù aliorum, frumentum, ordeum, auenam, vineas, pomaria, & alia huiusmodi nostræ Cathedralis, & Ecclesiarum

rum huius Diœcesis, bona damnificare, oliuas, arboresque fructiferas cædere, & alio quouis modo deteriorare; alioquin in supradictam excommunicationis latæ sententiæ pœnam, ex nunc, prò tunc incursos declaramus, quorum absolutionem Nobis tantum reseruamus.

## DECRETVM SECVNDVM.

PRohibemus omninò Rectoribus Ecclesiarum, nè cædant arbores prædiorum Ecclesiasticorum, nisi quæ cæduæ sint; si tamen vsu euenerint, vt alias arbores non cæduas, vel ad Ecclesiam, vel Ecclesiasticas ædes sarciendas, restituendasuè, aùt aliam ob causam cædant; Oportet tunc facultate prius à Nobis impetrata, si concedi possit; id ab ipsis fieri liceat, Sæcularibus verò nequaquam, & si contrauenerint, supradictam excommunicationis pœnam, sciant incurrisse:

# De Ecclesiarum, Confraternitatum, Oratoriorum, Xenodochiorum, aliorumque Locorum Piorum, Administratoribus, siuè Procuratoribus, vel Communerijs.

## DECRETVM PRIMVM.

PRocuratores, seù Administratores Ecclesiarum Societatū, aliorumque piorum locorum, quotannis eligantur, & non alibi, quam in Ecclesijs, vel Sacristijs, conuocatis Confratribus ad sonum campanæ, in Ciuitate in nostra, vel nostri Vicarij Generalis præsentia, & in Diœcesi, coram Vicarijs Foraneis, qui sedulò curent, vt electio ipsa canonicè fiat, nec eligantur, qui præteritæ administrationes, rationem non reddiderint, vel debitores extiterint, ac integrè non satisfecerint, vel fraudem in Officio commiserint, & qui sibi vota pro electione procurauerint, tàm per se ipsos, quam per alias interpositas personas, anathematis vinculo subiaceant.

## DECRETVM SECVNDVM.

PRocuratores electi, antequam administrationem suscipiant Iusiurandum præstent coram Nobis in Ciuitate, & in Diœcesi coram Vicarijs Foraneis, se fidelitèr, & acuratè munus suum administraturos, fructusque, & redditus omnes Ecclesiæ, seù Societatis, aut Loci Pij fidelitèr administratoros, & iuxtà eorundem Locorum institutum expensuros, alioquin electio ipsa irritabitur.

## DECRETVM TERTIVM.

CAueant ipsi Procuratores, ne quicquam de redditibus, aut eleemosynis Ecclesiarum, Societatum, aliorumque Locorum piorum, Nobis inconsultis, expendeant, præterquam prò satisfactione oneris Missarum, & alendis infirmis, vbi adest onus hospitalitatis, & quæcumque pecuniæ, seù cuiusuis generis eleemosynæ ad manus ipsorum peruenerint loco depositi penes se conseruent ad finem satisfaciendi onera dictarum Ecclesiarum, et exequendi ea, quæ Nobis expedire videbantur; prohibentes expresè dictis Procuratoribus, nè sub pęna excommnnicationis latæ sententiæ, cuius absolutionem Nobis reseruamus, excepto mortis articulo, audeant vti ad proprium commodum de redditibus, & eleemosynis cuiuscnmque frumenti, aliorumque frugum, & obuentionum, neque alicui commodare, vel mutuare, sub eadem pęna.

## DECRETVM QVARTVM.

NVllæ vnquam sodalitati eleemosynas publicè quærere liceat, nisi facultate à Nobis in scriptis impetrata, singulis annis renouanda sub pęnis arbitrio. Quæ verò eleemosynæ collectæ fuerint, curent Vicarij Foranei, vt rationem de eis reddant. & si aliquam fraudem cognouerint, Nobis significent, vt de opportunis remedijs prouidere valeamus; præcipientes, quod sub pęna excommunicationis latæ sententiæ. Questores dictarum eleemosynarum de illis nihil sibi appropient.

## DECRETVM QVINTVM.

INterdicimus, & expreſsè prohibemus dictis Procuratoribus, nè in exactione redituum dilationes debitoribus concedant, nec debitum in aliqua, etiam minima parte condonent sed iuris, & facti remedijs opportunis eos cogant, exhibendo Nobis, ante elapſum anni, notam omninm, & ſingulorum debitorum, Cenſuris Eccleſiaſticis compellendorum.

## DECRETVM SEXTVM.

PRO feſtiuitate Societatis, vel quacunque alia de cauſa, nèc etiàm in ſextis ferijs menſis Martij, vel in Hebdomada maiori in Eccleſiis, ſeù Oratorijs, vel Domibus illarum, earumque Foris, & Cimiterijs, Commeſſationes, edulia, & ientacula nè fiant ſumptibus, & expenſis Sodalitatis, Sacerdotibus, Clericis, alijſque Diſciplinantibus, ſub pœna interdicti Eccleſiæ, vel Oratorij, omninò prohibemus.

## DECRETVM SEPTIMVM.

SI contingerit affrancatio alicuius Cenſus, tàm Reu. Capitulo huius Ciuiatis, quam alijs Eccleſijs, & Locis Pijs, pecunia non ditineatur apud ipſos Comunerios, ſeù Procuratores, ſed ſtatim deponatur penes idoneam perſonam, ad finem quamcitiùs reinueſtiendi in alium annuum Cenſum, ſeù redditum ſub pęna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, impoſita ab Vrbano VIII. anno 1623. Vt conſulamus colluſionibus, & monopolis, qui fieri ſolent in electione Procuratorum, vulgò dicto, Comunerij, tàm Reu. Capituli huius noſtræ Cathedralis, quam aliarum Eccleſiarum in Diœceſi noſtra exiſtentium, præcipimus, & mandamus ſub pœna ſuſpenſionis, quod conuocentur Reuerendi Dignitates, & Canonici in Ciuitate, & in Diœceſi omnes Presbyteri ad ſonum campanæ in Sacriſtia huius Cathedralis, & in alijs locis in Eccleſijs Matricibns per ſecreta ſuffragia coram Capitulo, & in Diœceſi coram Archi-

presbyteris, per quos publicentur nominatio, & fiat electio, canonicè facta, & non per alium.

# De Dierum Festorum Obseruatione.

## PROOEMIVM.

EXcitati Mundi primordia, hominis Dei aurea animati au-
Psal. 83. spicia, Summus Opifex, Apostolorum tradita, Patrum-
que Concilia, Septimo, quoque die, corporis, animæque cultu
recolenda præceperunt, vt cor, & caro nostra ex rerum mun-
danarum fluctibus erigentes, caput exultarent in Deum viuum;
Sap. 8. ad Philipp. 3. Et licet terrena inhabitatio deprimat sensus nostros, tamen,
vt conuersatio nostra in Cęlis sit, vbi tandem perpetuum age-
re festum speramus diem Beatissimæ Genetricis Dei, & Sancto-
rùm Apostolorum, & eorum, qui de hoste deuicto supernà ca-
pitolia in æternum triumphos gessuri conscenderunt, & quo-
rum beata nomina militantis Ecclesiæ sunt fastis adscripta, so-
Psal. 67. lemnitates celebrandæ, & vestigia calcanda proponuntur. Ve-
rum cum antiquus hostis insideat super verticem illorum, qui
Psal. 75. perambulant in delictis suis, vt ad terram inclinet nunquam
ad Cęlum aspiciant, Deumue prospectent, non patitur, vt vel
reliquiæ cogitationum istorum, festum diem agant Domino,
imò multa malignantur in Sancto, vt hostes Christi derideant
Psal. 31. Sabbata eius, & oderint eum in medio solemnitatis suæ, cum
Tren. 1. sæpè contingat, vt festa, in quibus soli Deo feriari iura depo-
scunt, vertantur in scandalum, & populus sedeat manducare,
& bibere, vt surgat ludere, & ibi delictum abundet, vbi abun-
dare gratia expectabantur. Non ascendit Christus ad dies
festos istos, nisi, vt flagellis eijciat de templo suo. Vt autem
Exod. 32 Rom. 15. aures illius sint erectæ ad orationem nostram, & oculi aperti
super domum suam, diligant fideles decorem domus Dei, se
ipsum nimirùm, qui sunt templa spiritus Sancti, & licet omni
tempore virtutum cultu, & nitore fulgere debeant, præcipuè
Ioann. 7. tamen festis diebus, si quę in talibus sordes diletescunt, pęni-
Matt. 13 tentiæ scopa emundet, sanctorum operum aureis exornent,
2. Paral. 7 Psal. 75. 1. Cor. 6. orationum adornamentis affluent, medulla tritici corporis

Christi.

Christi saginentur, vino meracissimo sanguinis ipsius inebrientur, ad sacras conciones oculos, mentemque conuertant, cum Deo eleemosynis fœnerentur. Deut. 15

Si huiusmodi Altissimo dies agant festos fideles, non lugebunt viç Syon, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem, Tren. 1. illæ enim, quæ constituutur in condensis vsque ad cornu Altaris, à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem, desolatæ sunt solemnitates. Igitur, vt maiori, quæ fieri poteſt. tum interna, tum externa pompa Clerus, Populusque noster festa persoluant Domino, & illa radix omnium malorum auaritia, quæ sæcularibus homines mancipat operibus, qui temporalia potiùs, quam æterna concupiscunt altè eradicetur, sacris inhærentes paginis, & Canonibus, in quibus præcipit Deus, memento, vt diem Sabati sanctifices: Videte, vt Sabbatum meum custodiatis, omne opus seruile non facietis in eo. Psal. 117 Psal. 73.

## DECRETVM PRIMVM.

Parochi omnes præsertim Diœcesis subiectum sibi gregem, ad festorum obseruantiam totis animi viribus hortentur, & quam turpe, & damnosum sit, ea, quæ Deus iussit, homines præterire, ostendant, singulisque diebus Dominicis, inter Missarum solemnia, festos dies, quos Sancta Mater Ecclesia sequenti hebdomada iubet obseruandos, populo denuncient, moneantque omnes vtriusque sexus Christi fideles, quod his diebus sacrosancto Missæ sacrificio interesse, & à quouis seruili opere abstinere tenentur; Et si secus facere ausi fuerint, lethali culpæ, cuius Deo rationem reddent, pęnis etiàm in nostro edicto, de anno 1661. die 28. Maij, contentis, quod præsenti decreto innouamus, obnoxij fient, cuius tenorem in fine huius præsentis tituli, inseri mandamus.

## DECRETVM SECVNDVM.

Hi denique paritèr parentes admoneant filios, & filias, necnon famulos, & præsertim animalium custodes ad

Eccle-

Ecclesiam mittere, & ibi Missæ sacrificio interesse teneri, & si prædictis impedimento fuerint, lethali culpæ esse obnoxios, nec puellas nubiles, nec viduas ob recentes suorum virorum mortes, cuiusuis prauæ consuetudinis specie excusari, damnantes, & abolentes abusum in hac Diœcesi inuentum, quod Consanguinei non exeant à domo, nisi elapsis quadraginta diebus post obitum defunctorum.

## DECRETVM TERTIVM.

SED vt festi dies magis obseruentur, laicis, & aliis omnibus iubemus, vt dies festos ea, qua fideles homines decet reuerentia concelebrent, nec opificijs exercendis incumbant, non lignis, triticis, oleo, vino, alijsque similibus vehendis, & asportandis, nec illis denique rebus gerendis, quæ in prædicto nostro Edicto, pro festorum obseruatione sigillatim recensentur, non libelli, imagines, signa, aliaque huiusmodi venalia, quantumuis leuia circumferantur, neque illas insuper festis diebus executiones fieri, mandamus, non collectas, taleasue, quæ focularia dicuntur, in oppidis, pagis, villis, vt ex deprauata consuetudine quibusdam in locis fieri intelleximus, ijsdē diebus exigi: Et vt malitiæ aliquorum Officialium iniquorum exactorum, seù quorumcumque Ministrorum Curiæ Secularis, occurramus, qui non verentur in carceribus mancipare debitores in diebus festiuis, simulantes prædictos debitores esse inquisitos de aliquo criminali delicto, & quando hæc imputatio non esset vera, sed ficta, sicut experientia docet, Anathematis vinculo subijcientur, tàm mandantes, quam instigantes, aut consulentes, vel auxilium præstantes.

## DECRETVM QVARTVM.

FEstis diebus omnes Sacerdotes, & Clerici, è quorum exemplo Laici pendent, populusque noster diuino cultui, propriæque saluti vacent, ruralia nullo modo exerceant, nihil bestijs vehatur, nec ab hominibus onera asportentur, & ab omni seruili opere fideles cessent, festorum Violatores, præter lethalis noxæ culpam etiam à Nobis seuerissimè punientur.

DE-

## DECRETVM QVINTVM.

INuigilent præcipuè Vicarij Foranei super illos, qui mundanæ cupiditatis pondere premuntur, vt nèc Cælum aspiciant, nèc Missæ sacrificio, laboribus occupati, valeant interesse, hi si cum aliorum scandalo peccent, acritèr arguentur, Sacerdotes autem, & Clerici si festis diebus ab Ecclesia abierint, & seruile quid gerint, grauissimas Nobis dabunt pęnas.

## DECRETVM SEXTVM.

VT autem nostri Vicarij Foranei, & Curati sciant quomodo circà dierum festorum obseruentiam, & concedendam licentiam, tum pro rerum venditione, tum prò manuum labore necessario, se gerere debeanr, aliqua sacrarum Congregationum decreta hic inserimus, ex quibus probatur, tanquam falsa opinio aliquorum audentium se posse ad sui libitum, & absque licentia Ordinarij laborare in diebus festiuis, nè dum tempore messis, & vindemiarum, sed ferè toti anni tempore, ita vt semper in hac Diœcesi videntur esse dies feriales, & nullus festiuus, & nè longiùs euolemus, primo adnotauimus decretum emanatum in Vna Strongulen. nostrum Suffraganeum.

In causa Strongulen. 17. Iunij 1645. Cum alias à Sacra Congregatione emanauerit decretum, licere diebus festis dare operam rebus ad victum necessarijs, & tempore perituris, & vbi vrget necessitas, vel suadet pietas, cumque plures prætendant pro suo libito huiusmodi decretum interpretari, & propria authoritate, nulla petita ab Episcopo licentia, & Episcopus supplicat declarari, an tuta conscientia id permittere possit vel potius ipse debeat casus necessitatis, vel pietatis declarare, & inobedientes temporalibus, & spiritualibus pœnis coercere. Sacra Congregatio Concilij censuit spectare ad Episcopum prædictam necessitatem, vel pietatem declarare.

Beneuentana, die 12. Maij 1645. Sacra &c. sæpius declarauit diebus festiuis licere, dare operam rebus ad victum necessarijs, ac tempore perituris, vel vbi vrget necessitas, vel suadet pietas.

pietas, & si hæ causæ veræ subsint, ad sacrorum Canonum praescriptum in casibus propositis, in quo Ordinarij conscientiam onerant, & iterùm sic. Censuit licere diebus festiuis dare operam rebus ad victum necessarijs, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, ac messium, & recollectionis fructuum, vel vbi necessitas vrget, vel pietas suadet. Cœterum quoniam verendum est, nè priuatis affectibus, domesticarumque rerum studio, alioquin eo perducantur, vt hac sacrorum Canonum indulgentia in aliis etiam casibus abutantur. Iidem Patres adijciunt ad ordinarij, eiusque iudicium, ac censuram pertinere, vt dignoscat; nùm verè vlla ex causis supradictis subsit, proptèr quam liceat diebus festiuis rebus seruilibus vacare, vt nèc dierum festorum obseruantia vlla violetur, nèc opera illis diebus summa cum ratione permissa impediantur 12. Maij 1601.

## DECRETVM SEPTIMVVM.

ET quoniam nonnulli praui homines fallentes semetipsos, parum curant bibere iniquitatem, sicut aquam, dum lethaliter peccant, exercendo opera seruilia, non suadente pietate, vel vrgente necessitate in diebus festiuis, qui temporalia potius, quam æterna concupiscunt, sed potiùs pœnis pecunarijs deterrentur, iuxtà illud; Oderunt peccare mali formidine pęnæ. Ideò Summi Pontifices, & præcipuè Pius V. præcipiunt contra violantes dies festos in honorem Dei, & Sanctorum institutos; esse exigendam pœnam ammissionis bonorum, quæ super currus, vel cum animalibus vehuntur, & mulctari in alia pœna pecuniaria arbitrio Ordinarij, piis vsibus applicanda, quam constitutionem obseruari mandamus, & quilibet transgressor incurrat pęnam librarum decem ceræ albæ, vltrà ammisionem bonorum, huic Seminario applicandorum, quàm irremisibiliter exequi mandamus, & præsertim ab iis, qui non solum licentiam à Nobis petere dedignantur, tempore messis, & videmiarum, sed recusaut soluere solitam eleemosynam, ex litteris sacrę Congregationis applicatam prò sustentatione pauperum Alumnorum eiusdem Seminarii, iuxtà antiquam,

lauda-

laudabilem, & immemorabilem consuetudinem quartæ partis modij tritici, pro quolibet Plaustro bouum, non verentes temere asserere, sic teneri ad solutionem quartæ partis modij frumenti, qui habet vnum tantum plaustrum bouum, sicut qui habet duo, vel decem, quem abusum, mandamus omninò tollendum, & præcipimus Reuerendis Vicarijs Foraneis, quod sub pœna ducatorum viginti quinque, dicto Seminatio applicandorum conficiant notam quãtitatis plaustorũ; quæ quisque habet, & exigant pro quolibet plaustro, quartum vnum, & vt transgressores huius legis, cui Deus omnipotens in præceptis Decalogi addidit hoc verbum, memento, vt diem Sabbati sanctifices, quod non apposuit in alijs nouem; Præcipimus Reuerendis Vicarijs Foraneis, quod omnibus diebus festiuis, mandent Clericis in minoribus constitutis, & Diaconis Syluaticis, vt exeant ad exitus viarum, & contrà quoscunque repertos opera seruilia exercentes, tam cum plaustris, quam cum animalibus onustis, vel quomodolibet laborantes, tam in locis habitatis, quam extrà, exigant prædictas pœnas, absque vlla exceptione personarum, & si secus fecerint, Nobis dicti Foranei referant in scriptis, vt conrra inobedientes procedamus, esse priuandos dictos Clericos, & Diaconos Syluaticos, priuilegio fori, alijsque pœnis nostro arbicrio, prout Iura disponunt, contra Clericos Ecclesijs seruitia non præstantes, nec non quolibet bimestre ad Nos transmittant notam omnium transgresorum huius præcepti. Exod.

## De Sanctæ Annæ Matris Deiparæ festo solemnitèr celebrando, die 26. Iulij quolibet anno.

### DECRETVM PRIMVM.

QVoniam non desunt hostes generis humani, qui gregem nostrum circumeuntes impugnent, & ad malam vitæ consuetudinem inducant, æquum duximus intèr Sanctos

 Titu-

Titulares, quibus hæc nostra Diœcesis protegitur, Beatissimam etiàm Annam adscribere, quæ vt meruit lucem Nobis omniũ virtutum, Mariam scilicet Genitricem gignere, ità etiam proculdubio affirmandum iudicamus, cum in Cælis apud Iesum Christum Redemptorem, omnia, quæ videt in nostram cadere vtilitatem, impetraturam. Nihil non dabit Nepos Omnipotens, & amantissimus Auiæ suæ dulcissimæ. Quid ergò ad nostrum profectum non impetrabunt Sanctissimæ Patronæ apud Deum? Quapropter hac nostra Synodali constitutione decernimus, omnibusque præcipimus, vt diem festum Beatissimæ Annæ, vtpotè Titularis Patronæ religiosissimè colant, nullumque in eo opus seruile exerceant, sed seruetur constitutio Gregorij XV. fel. rec. anno 1622. eumque ità venerentur, vt meritò propter talem obseruantiam, hostium omnium, Beatissimæ Annę suffragijs, eludantur insidiæ, & Christo Saluatori placeat obsequium nostrum.

## Francesco Falabella per la Dio gratia, & della Santa Sede Apostolica Arciuescouo di Santa Seuerina.

MOssi dal zelo del maggior seruitio di Dio, al quale si dirigono tutte le nostre attioni nel regimento di questa Chiesa; hauendo Noi osseruato, tanto in questa Città, come nell'altri luoghi della nostra Diocese, che si trouano alcuni; scordati della propria salute, ardiscono di violare l'osseruenza delle feste, in dispreggio delle legi diuine, & humane, essendo state quelle da Dio instituite, per honorare Sua Diuina Maestà, e procurare con maggior diligenza la salute dell'anime nostre, con attendere all'opre di deuotione, e guardarci da tutte l'altre, che la Chiesa ci prohibisce. E perche quelli peccati, che tendono contro il Culto Diuino, come sono questi in trasgredir le sante feste, sogliono più grauemente prouocare l'ira di Dio, sopra li popoli, per castigo de' quali San Giouan Chrisostomo dice, venghino i terremoti, pestilen-

ze,

ze, careftie, tempefte, fterilità, mortalità, inondatione di Barbari, & altri flagelli, che Dio ci ne guardi, Per tanto co'l prefente Editto ordinamo, e comandamo, fotto la pena contenuta nella Bolla di Pio V. fel.mem. e nelle Conftitutioni Sinodali delli noftri Predeceſsori, oltre il peccato mortale, nel quale s'incorre dalli tranſgreſsori, che neſsuno di qualſiuoglia ftato, grado, e conditione, fe fia, ardifca ne i giorni di Domenica, e fefte di precetto, efercitare opere feruili, ò mecaniche, cioè arare, zappare, coltiuare la terra, feminare, metere, pifare, ventilare, cufcire, fabricare, caricare, ò cauar grano dalle foſse, ò condurfi merci, vettouaglie, ò legna sù i carri, ò animali, ò fare contratti, ò atti giudicali.

Permettono però i facri Canoni, che poſsa l'Ordinario dare licenza, vbi neceſsitas vrget, & pietas fuadet, vel pia cauſa requirit, frà le quali la neceſsità è nel tempo della meſse, e vindemia, acciò per il tempo cattiuo, che fouraſta, non perifcono i frutti, non perciò è lecito à perſona alcuna di propria autorità, fenza licenza dell'ordinario, metere, pifare, ventilare nè condurre le vetouaglie fopra i carri, ò muli fenza nota d'incorrere nelle pene predette, conforme hà dichiarato la facra Congregatione del Concilio.

Parimente fi prohibifce, ch'i Macellari, nè altri Bottegari vendano cofe commeſtibili ne i giorni di fefte nel tempo, che fi celebra la Meſſa cantata, mà ſolo l'è permeſſo quelle vendere prima, ò doppo con le porte mezze ferrate, acciò fi difcerna il giorno di fefta dal giorno di lauoro.

Similmente alli Molinari non fia lecito macinare ne' giorni feftiui, fe non in caſo, che fuſſero molte fefte l'vna doppo l'altra, per publica neceſſità d'approuarfi dalli noſtri Vicarij Foranei.

Et per vltimo ordinamo, che i Mercanti di qualunque mercantia non poſſino comprare, nè vendere qualſiuoglia merce, nè tener aperte le loro botteghe, fundachi, magazeni, ò altri luoghi ne i quali fi tengono, ò vendono merci, e fi fogliono fare lauori di qualſiuoglia forte.

Onde per oſſeruanza delle coſe predette, incharicamo alli noſtri Vicarij Foranei de i luoghi della noſtra Diocefe, che

N 2 fotto

sotto pena arbitraria, inuigilino con ogni diligenza, acciò siano santificate le feste con quella pietà, e religione, che si conuiene, à chi, spetta che vsino la loro douute diligenze, contro li transgressori.

Et acciò delle cose sudette, non si possa allegare causa d'ignoranza, ordinamo, ch'il presente Editto, il primo giorno di festa si legga inter Missarum solemnia, e doppo la copia d'esso s'affigga alle porte della Chiesa Metropolitana, e di ciascheduna Chiesa Matrice della nostra Diocese, e volemo, che obblighi ciascuno, come se personalmunte li fusse intimato. Dato in santa Seuerina 28. Maggio 1661. Francesco Arciuescouo di Santa Seuerina.

# De Verbi Dei Prædicatione.

## P R Œ M I V M.

Psal. 17. TOnitrua, in quibus detonat de Cœlo Dominus, & Altissimus dat vocem suam, fulgura quæ multiplicat, vt
Ezech. 1 conturbat peccatores, animalia Dei. quæ exiliunt, & reuertuntur in similitudinem fulguris coruscatis, sacri sunt eloquij satores. His vocibus suis Dominus dat vocem virtutis,
Psal. 67. & excelsas superborum Cedros confrigant, & ad pœnitentiæ
Psal. 28. Iudic. 1. cineres conuertant, vt exarenti, sitienteque terram in irriguam,
Iob 38. Psal. 147 & germinantem commutent. Hi in thesauros ingrediuntur
Cant. 1. niuis, vt immitente Domino verbum suum, liquefaciat eos, flante spiritu oris eius, pœnitentium lacrymarum, aquæ fluant.
1. Cor. 13. Meliora vino istorum sunt vbera, è quibus lac sugunt paruuli, donec euacuant, quæ sunt paruuli. Super tecta sublimis vitæ,
Matt. 10. quæ plebi fidelium sanctitate emineant, prædicare iubentur,
Cant. 5. qui enarrant testimonia Domini. Labia sunt Ecclesiæ, e lilia distiillantia myrram primam, qua emortuæ peccantium animæ
Apoc. 1. condiuntur, nè putrescant, imò reuocentur ad vitam. Exeat de ore eorum gladius acutus ad perdendam impiorum Baby-
Psal. 30. lonem, ad rescindendum fænum erroris, quod erat in maxillis Populorum. Interim tamen ornent dexteras suas clarissimis sanctorum operum stellis.

DECRE-

## DECRETVM PRIMVM,

SCimus equidem, noſtrarum eſse partium,non abſcondere, imò Populo frumenta miniſtrare,& ſacriVerbi illi alimoniam impertiri. Verum, quia meſsis multa,(adiuuante Domino) Quadrageſimæ, & Aduentus tempore præcipuè operarios mittemus in meſsem eius. Interim mandamus Parochis, qui noſtras in curandis animabus vices gerunt, vt ſacræ doctrinæ pabulum Populis miniſtrent omnibusDominicis,feſtiſque diebus, & curent omni ſtudio, vt ſermo Domini ad eum non reuertatur vacuus frequentibus concionibus pro populi captu ad Cœli calcandas prouocent ſemitas. Rebellibus gehennam comminentur, iuſtis autem annunciant, quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comendent.

Prou.11. Luc.10. Concil. Triden. ſeſſ 5. c. 2. & 24. c.4. Cõc. Lat. ſub Innoc. 3. c. 10. c. inter cætera de off. Ord. c. Epiſc.

## DECRETVM SECVNDVM.

CVM enunciandi diuini verbi munus ſit Apoſtolicum Officinm, & Reipublicæ Chriſtianæ admodum neceſſarium, & nemò, docente Apoſtolo ad munus hoc prædicationis accedere debeat, niſi mittatur. Sacri Concilij Trinentini decretis inhærentes, Concionibus omnibus, abſque noſtra approbatione, & licentia, prædicandi officium expreſsè interdicimus, & prohibemus; Propterea Parochi, & Vicarij Foranei, eos prædicationem aggredi non patiantur, niſi ſcripto priùs, ſe à Nobis huius muneris obeundi facultatem habuiſse oſtenderint; Et ſi Regulares fuerint, & in ipſiſmet ſuorum Ordinum Eccleſijs concionaturi, à Nobis ex præcepto Concilij Tridentinj, benedictionem antè ſuſcipiant.

Concil. Triden. ſeſſ. 5. cap. 2.

## DECRETVM TERTIVM.

EOs autem, quos ob virtutum, & doctrinæ merita,ad Apoſtolicum hoc munus exercendum eligi à Nobis contingerit monemus in Domino,vt quod verbis annunciaturi ſunt, factis quoque comprobare tenentur, nè dum eorum vita deſpicitur, ſacrum etiam prædicationis verbum contemnatur,

cum

cula, quæ falsi suspicionem habent, vel minimè à Sancta Romana Ecclesia approbata sunt, in medium non adducant. A proponendis controuersijs inter Catholicos, & Hæreticos abstineant. De gratia, & prædistinatione, non ea quæ eruditorum implicant animos, sed dumtaxat, quæ ædificant, proponant. Non in particularia crimina; sed publica inuehantur, Dei solo zelo, & charitate ducti.

Côc. Tridêt. sess. 25 de purgat. Concil. Lat. vlt. sess. 11. Colon. de diff. verb. c. 7. 8. 10. & 13. syn. Mec. c. 39. & 50.

## DECRETVM SEPTIMVM.

CONCIONES diurnis tantum agantur horis, nè tenebrarum Pater, inter tenebras filijs lucis insidietur. Proindè si passionis Christi enarratio; feria quinta in Cœna Domini non poterit antè solis occasum absolui, in sequentis diei diluculum differatur; Vbi verò consuetudo est introducta feria sexta, summo manè illam habendi, vt prosequatur districtè mandamus. In Ecclesia nullius audiatur vox, nisi concionantis, proindè Archipresbyteri curent, nè rixæ, tumultusuè oriatur. Mares à fœminis omninò segregentur. Non permitantur eo tempore pauperes per Ecclesiam eleemosynas petere.

Mear. 82. de Syn. Episcopar. 1. concl. 3. nu. 192.

Pius V. in Bulla quæ inc. Cum primum

Psal. 73. S. Carol. de offic. Prædic.

## DECRETVM OCTAVVM.

DVM Conciones habentur, præcipuè Aduentus, & Quadragesimæ tempore, Sacerdotes, Clericique omnes, nemine excepto, superpelliceis, & biretis adsint; absentibus, nisi legitima causa ab Archipresbytero, vel Chori Superiore probanda impediti, punctus duplicetur. Quo tempore nec in remotis Cappellis Missæ celebrentur.

c. 16. & p. 3. in instr. prædic. ver. Dei, quibus têp. conc. in fin. S.C. in Viter. Ciu. Vetulæ m. 6. se. Sept. 1610. Barb. 1. Isai. 62.

## DECRETVM NONVM.

MONEMUS, & hortamur filios nostros Vniuersitatum, Sindicos, & Electos, vt benignè illos in Domino excipiant, omnemque erga illos humanitatem exerceant, vt potè euangelizantes pacem, euangelizantes bona, & eorum salutis instrumenta, consuetam quoque vnicuique terræ eleemosynam elargiantur.

De

# De Parochorum Officio.

## PROOEMIVM.

PArochorũm si arduum munus, & plena periculi dignitas spectetur, profectò constabit, quanta solertia sit laborandum, quam diuturna excussione, & graui examine in electione ipsorum sit agendum; Hinc enim totus Catholicæ disciplinæ neruus, profectus, & conseruatio pendent. Duces sunt militantis Ecclesiæ legionum; proindè si tanti exercitium, quanti Imperatorem esse nemo ambigit, in Parochorum capitibus totam Christianam rem, vel stare, vel nutare liquet.
2.ad Corinth. 5. Cum timore, & tremore, pro Christo, legatione fungantur. Omnem nauent operam, vt oues, quas tradidit illis Deus, ne-
Ioan.18. mo rapiat de eorum manibus, nec perdant ex eis quamlibet; si oportuerit pro grege suo mori, vt boni Pastores imitentur
Ioan.10. Christum, qui animam suam dedit pro ouibus suis. Si quæ
Psal. 36. vulnera illæ acceperint, prestò sint ad medelam, si ceciderint, supponant manum suam, si infirmentur, & ipsi si scandalizantur, vrantur, laborent maximè in verbo, & exemplo, & bonitatem
3. Cor. 11. 2.ad Timot.5. scientiæ iungant, nè enarrantes iustitiam Domini, & assumentes testamentum illius per os suum, obijciantur, quod oderint
Psal 49. Ibidem. disciplinam, & proiecerint sermones eius retrorsum. Pium patris, dirum Magistri ostendant affectum, tùm blanditijs, tùm terroribus agant, debilium genua roborent, sint oculus cœco,
S.P.Ben. in Reg. c.2. & pes claudo. Parochi præcipuè admoueant vbera sacrorum rudimentorum fidei, & de lege Domiui doceant eos, vt tan-
Isai.35. Iob 29. Psal.93. Isai.8. dem ipsi, & filiij eorum, cum illis sint in signum, & inportentum Ierusalem.

## DECRETVM PRIMVM.

QVi curam animarum gerunt, intelligunt se se committere debere omni labori, vt gregum suarum saluti prospiciant, & quod cum eadem gregem sibi commissi salute, est iniunctnm periculum, minimè ab eis refugiendum, sed subeundum,

dum, & amplexandum, maximèque timendum est illi, qui prò grege sibi commisso nullas vigilias fecit. & pro illo nihil nouit pati. Igitur Vineam Domini Sabahot. Parochus colere studeat, oues suas agnoscendo, & quia Dux est earum, ad æternam salutem consequendam, ijs vtantur auxilijs, quibus ad optatum finem peruenire possit.

## DECRETVM SECVNDVM.

QVa propter assiduè pro eo laborent, & desudent, ac doceant Populum præcipuè amorem Dei, & proximi, & vt fideles Pastores gregem saltem diebus festiuis, diuini Verbi prædicatione continuò pascant, & erudiant hortando, vt bona opera sequantur peccata deuitent, & quibus annexa est excommunicationis pœna, sepè ad subditorum memoriam reuocabunt, presertim tempore Quadragesimæ vt paratiores reddantur ad sanctissimam Eucharistiam in celebratione Paschali sumendam. Quo tempore Quadragesimæ, quam sæpissimè poterunt, etiam se paratos in suis Ecclesijs exibeant ad confessiones audiendas.

## DECRETVM TERTIVM.

DEnuncient dies festos in hebdomada, & ieiunia, & alia, ad quæ tenentur, quisque penes se habeat Cathechismum, & Rituale Romanum, atque verè suum munus exerceant.

## DECRETVM QVARTVM.

PArochus enixè in Domino monemus, & obtestamur, vt ęgrotos etiam non accersiri, vltrò inuisent, & ad Sacramenta suscipienda excitent, eosque in extremis constitutos, nè derelinquant, quod si rationabiliter fuerint impediti, per alium Sacerdotem id munus præstari sollicitè curent qui deuotè moribundi animam Deo Creatori suo commendent, alioquin nedum pœnis pecunarijs, verum, & censuris nostro ar-

bitrio punientur. Illis autem in extremis constitutis signum campanæ in Cathedrali dari curent, vt antequam è vita demigrent, omnes pro eis preces ad Deum effudant, & in Ecclesijs Matricibus Diœcesis.

## DECRETVM QVINTVM.

CAueant nè quis ipsorum culpa, absque Sacramentis è vita descedat, sub pœna suspensionis ab officio, & beneficio, alijsque pœnis nostro arbitrio, quod si euenerit, statim Nobis, vel Vicario nostro generali, vel foraneo, teneantur renunciare, cui summæ curæ erit vocatis, qui sibi videbuntur perquirere, an culpa Parochi id acciderit, & nobis rem totam indicere.

## DECRETVM SEXTVM.

INuigilent nè abusus præcipuè circa res diuinas introducantur, & qui sunt omninò refellant.

## DECRETVM SEPTIMVM.

PArochi omnibus diebus festis, nè prætermittant ipsi celebrare, & sæpius etiàm in hebdomada, & diebus Dominicis, ritu solemni, alba, & stola induti, aquam sale aspersam benedicant, vel per alium Sacerdotem id agere curent, veterem autem effundant in Sacrarium, & illa benedicta antè celebrationem Missæ populum, & altare aspergant, doceantque hanc benedictam aquam, priuatis etiam habitationibus, ad effugiendas diabolicas potestates, habendam esse, atque ab ipsis tantum Sabbatho Sancto, cum fidelium domus eadem aqua benedicta de more lustrantur, aspergantur, aut saltem ab aliquo Sacerdote.

DECRE-

## DECRETVM OCTAVVM.

QVolibet Dominico die in Collatione casuum conscientiæ se exerceant, ac de sceleribus publicis, & concubinatus, aut vsuræ, blasphemiæ, adulterij coniugum, copulæ in gradu prohibito, sine legitima dispensatione Apostolica, & aliorum si fortè eueniant, coram alijs Sacerdotibus pertractent, vt opportunum remedium ex eorumdem sententijs adhiberi possit, quod si non constat, ad Nos rem totam deferant, & si legitimè non impediti, bis successiuè defecerint, pœnas Nobis dabunt.

## DECRETVM NONVM.

CLaues fontis Baptismalis, & aliorum Sacramentorum tantum apud semitipsos custodiant, & nulli omninò fidant, sub pęnis nostro arbitrio.

## DECRETVM DECIMVM.

MAndamus, vt persæpè admoneant Dominos, vt faciant seruos, & familiam sub se constitutam ad Missas audiendas diebus festis conuenire, alias diuinam vltionem non effugient, & in pęnas impositas incurrent, quæ est interdicti ab ingressu Ecclesiæ.

# De Vita, & Honestate Clericorum.

## PROEMIVM.

HVC omnes nostri Synodales collimant ictus, hic totus noster desudat labor, vt si qui deprauati mores in Clerum irrepserint, corrigamus, per insitum verbum, oleastra in oliuas vberes speciosas commutantes, quæ curuescentium vbertate baccarum, omnium scilicet virtutum pompa glorientur. Iacob. 1. Hier. 11.

Absit à Nobis, vt cum Dominus posuerit Nos custodes in vineis, Cant. 1.

vineis, vineam nostram, conuincamur non custodisse, Clerus
Gen. 37. ergo præ cæteris Fratribus à Patre luminum se adamari cognoscat, cum illum tunica talari extrinsecus, & polymita intrinsecus gratiarum induerit, ipse enim ait, Sacerdotes induant talari.
Psal. 13 
1. Eph. 1 Ostendant proindè Clerici in sortem se vocatos Sanctorum. Omnium in se oculos, tanquàm ad sanctitatis normam conuertant. Meminerint se inter Deum, hominemque mediatores constitutos, Populi noxas, nè de libro viuentium deleantur, præcibus, lacrimisque detersos. A Domino datos in lucem gentium, vt sint salus ipsius, vsque ad extremum terræ. Ipsi namque sunt candelabra antè illius Sanctuarium, iugitèr lucentia, quorum splendoribus offusæ Populi tenebræ depelluntur. Tandem sedulò cogitent, sacris se addictos Altaribus, intimò scilicet contubernio Dei, illis commissam peccatorum solutionem, & nexum: Angelos in terris constitutos; tantæ igitur magnitudini, operibus, vt respondeant, sit.
Exod. 32 
Isai. 49.

## DECRETVM PRIMVM.

NVlla res est, quæ magis Clericalem habitum deturpet, quàm praui eorum mores, qui in sortem Domini electi, propriæ dignitatis sunt immemores, & nihil est, quòd magis noceat fideli populo, quam quorum deberet, esse innocens vita, & omnibus cumulata virtutibus, eadem, vel minima labe infecta, præbeat proximis scandalum, & occasionem peccandi
1 ad Tim. 6. Quo circà ità conspicuum vitæ institutum in eis requirimus, vt vnusquisque testimonium bonum habeat ab alijs, qui foris sunt, & non in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli.

## DECRETVM SECVNDVM.

S. Cong. Episc. Sulmon. 7. Iunij 1619. QVia ab indignis habitum, & tonsuram vsurpari, nefas est, nullus in posterum habitu Clericiali indui possit, antèquam prima tonsura initietur, nèc possit deinde dimittere absque nostra licentia in scriptis, facta priùs perquisitione

ne in actis nostræ Curiæ, si reperiantur inquisiti, sub pena ducatorum vigintiquinque pijs vsibus &c. iuxtà decreta Concilij Prouincialis; Clerici omnes in habitu, & tonsura continuò incedant, præcincti in lumbis nèc vtantur vestibus exterioribus, nisi nigri coloris, Vicarij Foranei inuigilent, & Nobis denuncient, Clericos non incedentes in habitu Clericali.

## DECRETVM TERTIVM.

A Diœcesi non discendant absque nostra licentia, tàm Canonici, & Sacerdotes, quam Clerici, sub pœna arbitraria, nè Ecclesiæ, quarum seruitio sunt adscripti eorum assistentia, & obsequio priuentur, vt decreuit sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, in Teracineñ mandantes Vicarijs Foraneis nostræ Diœcesis, & Parochis; quod sub pena priuationis suorum officiorum, & alijs nostro arbitrio teneantur Nos certiorare in scriptis, tàm Sacerdotum, quam Clericorũ; necnon à quanto tempore abfuerint. Possint tamen Foranei concedere licentiam in casu necessitatis per tres dies tantum, & si inter eundem terminum non redierint, ad Nos deferant.

Terrac. 13. Feb. 1628.

Barb. de Can. & Dian. c. 11.

## DECRETVM QVARTVM.

Clerici assiduè inseruiant Ecclesijs, quibus destinati sunt, cum Cottis, & præcipuè diebus festis omnes assistant sub pena carolenorum duorum pro prima, secunda, & tertia vice tàm celibes, quam coniugati, alias crescente contumacia priuilegio Fori priuabuntur, & qualibet tertia Dominica in Missa solemni de manu Sacerdotis celebrantis, & etiam festis solemnioribus, sacram Eucharistiam accipiant: Clerici coniugati tenentur incedere cum habitu, & tonsura, & Ecclesiæ inseruire, alioquin priuentur priuilegio fori.

Triden. sess. 23. c. 6.

## DECRETVM QVINTVM.

Promouendi ad sacros Ordines, edíscant cantum Gregorianum, alias non admittentur, si saltem in aliqua parte

in eo non sint instructi, & sic frequentent vsquequo sufficienter sint edocti.

## DECRETVM SEXTVM.

SAcerdotes, & Clerici, ab aleis, & alio quocumque ludi genere, & sacrorum Canonum decreto prohibito, tam in publico, quam in priuato, se se omninò abstineant, sub pena Sacerdotibus, & Clericis in sacris constitutis suspensionis à Diuinis, & Clerici in minoribus mulctentur in pena ducatorum viginti quinque pro qalibet vice.

## DECRETVM SEPTIMVM.

COmam non nutriant, quæ excedat extremitatem inferiorem aurium, sed aures patentes gerant, crinibus minimè confusas, tonsuram singulis quindecim diebus saltèm renouent, alias Sacerdotibus interdicitur celebratio Missarum, & Clericis imponitur pena vnius mensis Carceris.

## DECRETVM OCTAVVM.

QVI autem arma prohibita gestabit, vel domi tenuerit: si fuerint prohibita à Regijs Pragmaticis, siuè sint Sacerdotes, siuè Clerici mulctentur pœna triremium ad quinquennium, si autem non fuerint prohibita, ducatorum viginti quinque pro qualibet vice, etiam si non fuerint capti infraganti, sed constiterit per duos testes fide dignos, ea gestasse, non tamen incurrant in hanc pœnam, qui domi retinet, pro sui defensione, dummodò non sint prohibita à Regijs Paragmaticis, permittitur solum personis Ecclesiasticis, quod possint penès se retinere cultum ad vsum mensæ, dummodò non sit acutus longitudinis vnius palmi.

## DECRETVM NONVM.

COreas neque ducant, neque laruati incedant, si noctu lasciuis cantilenis intenti, aut musicæ instrumenta pulsantes, reperiantur, vel per duos testes conuincantur, aut si id agentibus comitantes se præbuerint, ducatorum viginti quinque, pro qualibet vice, pœna mulctentur, extrà domum non vtantur montera, vulgo dicto, pappafico, sub pęnis arbitrio, nec bireto plano, vel alterius coloris, quam nigri.

## DECRETVM DECIMVM.

NVllus deponat coram Iudice sæculari, sine nostra licentia in scriptis, idque in causa Ciuili tantum, & tunc ei iuramentum per Vicarium nostrum generalē præbeatur, dummodò eorum depositio non contineat infamiam, negatiuam, neque repulsam.

## DECRETVM VNDECIMVM.

MVlieres domi ne retineant, sub pęnis nostro arbitrio reseruatis, matre, sorore, amita, matertera, & fratrum, vxoribus exceptis, viuentibus tamen earum viris, nèc in eorum famulatu sint ancillæ, quæ quinquagenariæ non erunt, & suspicionem adducant, concubinas, fęminas, de quibus potest oriri suspicio in domo, vel ęxtrà retinere, aut cum illis aliquam consuetudinem habere non audeant sub pœnis à Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino inflictis. Nec filios naturales, & illegitimos, si fortè habuerint, etiam antè Clericatum, apud se retineant, vt amoueatur occasio murmurandi, de eorum incontinentia.

Triden. sess. 25. c. 4. de reform.

S. Carol. Concil. Prouinc sess. 14.

## DECRETVM DVODECIMVM.

QVicumque cum banditis, & huiusmodi facinorosis hominibus consuetudinem habuerit, communicauerit, illosque duxerit alimenta præbuerit, vel quouis alio modo

auxi-

auxilium præstiterit, vltrà pęnam suspensionis, volumus, quod pro prima vice ad carceres per annum, pro secunda ad triremes per triennium damnetur, licet aliquod malum indè secutum non fuerit.

## DECRETVM DECIMVMTERTIVM.

PRO Dominis temporalibus, nè agentes, factores, negotiorum gestores, ratiocinij præpositi, vel domui, aut caserij sub pęna excommunicationis sint. Neque ipsos temporales Dominos, siuè quoscunque laicos, ad venationem progredientes comitentur, sub eadem pęna: Hortamur autem prædictos temporales Dominos, nè ferant Sacerdotes, vel alios quosuis Clericos, æquitantibus illis, pedestres eos, post equos trahere, vel pro ante ambulationibus habere, cum valdè execrandum sit, Christos Domini, plusquam Reges in Dei sortem vocatos, veluti mancipia vilissima armatos, plerumque circumferre, & obstentare transgressores autem, quauis dignitate præfulgeant, excommunicamus.

## DECRETVM DECIMVM QVARTVM.

POst secundam noctis horam extra domum vagari, nisi causa honestissima impellat, & tunc non nisi cum lumine incedere, omnibus vetamus.

## DE RETVM DEIMVMQVINTVM

CLericos, qui habitu dimisso, ad nuptias conuolauerint, vel Clericatus aliter renunciauerint, nullatenus reintegrari, vel redire ad Clericatus priuilegia posse volumus, nisi causa à Nobis met cognita, etiam vxore præmortua, qui enim ad aratrum manus appofuerint, & respexerunt retrò non sunt Dei sorte, nèc Clericalis dignitatis præeminentia digni, sed illis pateat via, quam semel elegerunt, & hoc præsertim si ob delictum, habitum dimiserint.

DECRE-

DECRETVM DECIMVM SEXTVM.

ALiquod obligationis, vel fide iussionis vinculũ non subeant, nèc tutelam suscipiant, absque nostra licentia, sub pęnis arbitrio, & actuum nullitatis.

## Ce Collatione Casuum Conscientiæ.

### DECRETVM PRIMVM.

COnsideratus vtilitatem, & fructus; qui ex Collatione, super Casibus Conscientiæ oriuntur, cum ignorantia magnum Ecclesiæ præbeat nocumentum, mandamus omnibus, & singulis Reuerendis Dignitatibus, & Canonicis, Sacerdotibus cæterisque Clericis in Sacris constitutis, quod qualibet die Dominica conueniant in hac Ciuitate in Ecclesia Cathedrali, & in alijs locis, vbi sunt ad numerum saltem octo intèr Sacerdotes, & Clericos in Sacris constitutos in Sacristia Ecclesiæ Matricis, & dato ad hunc effectum signo campanæ, præmissa oratione Sancti Spiritus ab Archipresbytero recitanda, super casibus, qui ad minus duo esse debeant, per turnum proponendis tractetur, votumque suum ea, qua decet modestia quisque exponat, & deindè legantur in aliquo libro impresso, videlicet Nauarri, Dianæ, Toleti, Bonacinæ, alioue graui Auctore approbato, ità vt omnes audire possint, & interim silentium obseruetur, discussioneque finita, ac habita resolutione, repetita oratione, pro gratiarum actione, ac fidelium defunctorum, dimittatur, & vt de materijs magis necessarijs tractetur; ordinatè volumus, quod incipiatur à Sacramentis, deindè præceptis Decalogi, & Ecclesiæ, & donèc super qualibet materia fuerit sufficienter discussum, non deueniatur ad aliam. Expaueantque omnes, in sortem Domini vocati illam sententiam Oseæ. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, nè sacerdotio fungaris mihi, dicit Dominus exercituum, qui non intersit absque legitima causa, quam probare debet in hac Ciuitate coram Nobis, & in alijs locis, Diœcesis, coram Vicario Foraneo, incidat in pęnam carolenorum duorum, pro prima, S.Carol. de vita, & hon. Cler. c.15.

& secunda vice, pro tertia, & in futurum carolenorum quinque, quæ pęna irremissibiliter exigetur per nostrum Vicarium generalem in Ciuitate, & in Diœcesi, per Vicarios Foraneos expendenda in emptionem librorum ad vsum dictæ Congregationis, præcipientes Sacristis, quod sub pęna vnius mensis Carceris,& priuationis Officij, describant omnia,& singula nomina, eorum, qui non intersunt, ac in Ciuitate Nobis tradant, & in Diœcesi Vicarijs Foraneis, quam ad Nos transmittant in fine cuiuslibet bimestri, sub pœnis arbitrio.

DECRETVM SECVNDVM.

PRæcipimus, quod quilibet Sacedos, & Clericus in sacris constitutus, se prouideat infra mensem de aliquo libro, tractante de casibus Conscientiæ, sub pęnis arbitrio, vt quisque possit studere, & se præparare quid debeat respondere, quando per turnum venit interrogandus. Concedimus omnibus Ecclesiasticis interessentibus Indulgentiam dierum viginti in forma Ecclesiæ consueta.

## De Ludi Magistri.

DECRETVM PRIMVM.

CVm omnis ætas ab adolescentia sua, prona sit ad malum, & à teneris assuefieri ad bonum, magni sit operis,& effectus. In primis monemus omnes, ad quos Magistrorum electio spectat, vt in ea curam omnem adhibeant, hinc enim pendet filiorum salus, & ob id hortamur omnes pũerorum magistros, nè libros obscena, vel turpia tractantes discipulis proponant, nèc libros in indice prohibitos ab ipsis legi permittant, sub pęna decem ducatorum, & exilij à nostra Diœcesi, sed eos docere teneantur, quæ ad religionem pertinent, vt sunt præcepta Diuina, Articuli fidei, Sacri Hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitę, diebusque festiuis nihil aliud eos instruere possit, quam in rebus spectantibus ad Religionem, & bonos mores, ac vt ne dum ad Missas, sed etiam ad Vesperas, diuina-



que

que Officia audienda, ad Ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, ac simul cum Parochis diebus Dominicis eisdem fidei initia tradant, sub pęna arbitrij.

## DECRETVM SECVNDVM.

VT autem omnis errorum via præcludatur, mandamus, nè quis in nostra Diœcesi profiteri publicè, vel priuatim audeat, nisi priùs facultate à Nobis in scriptis obtenta, & fidei profesione, coram Nobis, vel Vicario nostro generali emissa, sub eisdem pęnis.

## DECRETVM TERTIVM.

NVllus, siuè sit persona Ecclesiastica, siuè sæcularis, docendi munus, neque publicè, neque priuatim aggrediatur in nostra Diœcesi, nisi illius vita Nobis priùs cognita, & probata sit, & obtenta facultate in scriptis, gratis largienda, cum ex adolescentium institutione totius vitæ cursus eorumdem pendeat integritas, sub pęna nostri arbitrii.

## DECRETVM QVARTVM.

IN schola patenti loco collocata, sit aliqua sacra Imago, & pueri tùm in studiorum inchoatione, tum etiam in illis terminandis, semper ad illam flexis genibus preces aliquas recitent, ad lumen veritatis obtinendum.

## DECRETVM QVINTVM.

MAgistri moneant pueros in eorum disciplina traditos, vt semel saltem in mense peccata sua confiteantur, & nè dum diebus festis ad Missas audiendas compellant, verum etiam ferialibus, si commodè hoc fieri poterit: In hebdommada Doctrinam Christianam semèl saltèm illos edoceant, neque libros per turpia tractantes illis prelegendos proponant,

ſed qui diuina mandata exponunt,& ad bonos mores inuitant, & Parochi, & Vicarij Foranei accuratè inuigilent, num omnia rectè, & accuratè agantur, & ad Nos deferant, ſi Magiſtri in hoc defecerit.

# De Vicarijs Foraneis.

## DECRETVM PRIMVM.

CVm Vicarij Foranei nuncupati, in ſuis locis Epiſcopi ſint delegati, eumdemque repræſentent in his, quæ ad Iuriſdictionem ſpectant, hanc perſonam, qua decet grauitate, & prudentia induant, neceſſe eſt; & vt ipſis debitus honor, & obedientia præſtetur, præcipimus omnibus, & ſingulis Archipresbyteris Curatis, alijſque Sacerdotibus, & Clericis, tàm in ſacris, quam in minoribus conſtitutis coniugatis, & ſyluaticis, vt in his, quæ ad eorum officium ſpectant, ipſis parere debeant, ſub noſtri arbitrij pęna.

## DECRETVM SECVNDVM.

SI quis ex illis per amicitiam, vel turpem queſtum, aut quemcumque reſpectum, ad partium querolas non procederet, & etiam ex officio, Informationes non caperet, vel delictum occultauerit, aut proceſſum fideliter non compilauerit, ſpatio dierum octo, & poſtea ad noſtram curiam Archiepiſcopalem non tranſmiſerit. Indignus tali officio declarabitur, & pęnam priuationis Officij, & ſuſpenſionis à diuinis incurret ipſo facto, & in capiendis Informationibus in cauſis criminalibus, certiorem faciant fiſcalem illius loci, vt in eis aſſiſtat, ſic etiam faciet in Inuentario defunctorum ab Inteſtato.

## DECRETVM TERTIVM.

NOn ſe ingerant in cauſis Ciuilibus niſi infrà ſummam ducatorum trium, ac omni diligentia procurent, vt quæ ſan-

sancita sunt, tam in his nostris Constitutionibus Synodalibus quam in visitationum decretis, alijsque litteris edictalibus, per hanc nostrã Curiã hactenus emanatis,& emanandis,obseruentur,inquirant an aliquis sine habitu,& tõsura incedat,arma deferat, aleis ludat, Ecclesiæ inseruiat, & in concubinatu, seù aliquo publico scelere persistat, an Parochi proprium munus decenter exerceant, disciplinam Clericorum promoueant, inuigilent, & Nobis omnia referunt.

## DECRETVM QVARTVM.

INuigilent super obseruantia festorum,nè ijs diebus aliquid illicitum, vel seruile fiat, contrà Sanctæ Ecclesiæ præcepta; contra violatores exequantur inremisibiliter pęnæ contentæ in præsenti Synodo,tit. de obseruat. fest. piis vsibus applicandæ, quas omninò exigant, sub pęnis arbitrio, &ad Nos deferant, prohibentes expresè quod non possint Vicarij Foranei, neque quæuis alia persona remittere in totum, vel in partem, vel gratiam facere de pęnis exequendis, contra festorum violatores, sub pęna ducatorum vigintiquinque, pijs vsibus &c. prohibemus etiam, quod non possint concedere licentiam,nisi vbi pietas suadet, necessitas vrget, vel publica vtilitas exigit.

## DECRETVM QVINTVM.

SAcerdotes ignotos,sine dimissorijs Superiorum suorum, prius à Nobis recognitis, celebrare, & Sacramenta administrare, non permittant.

## DECRETVM SEXTVM.

QVæstuarios, siuè Collectores eleemosynarum non admittant, absque nostra licentia in scriptis, & præsertim eos, qui deferunt Imagines Sanctorũ,Indulgentias distribuunt sub prætextu quæstuandi pro aliqua Ecclesia, sed carceribus mancipentur, & Nos consulant.

DE-

## DECRETVM SEPTIMVM.

SI contingerit, aliquem Sacerdotem, precipuè Curatum, vel Clericum, tam in sacris, quam in minoribus Ordinibus constitutum, discedere à sua patria, relicto seruitio Ecclesiæ, cui est adscriptus, post triduum Nobis significent.

## DECRETVM OCTAVVM.

SEdulò studeant, vt singulis diebus festiuis cantetur Missa in Ecclesijs Matricibus, vbi sunt saltem octo intèr Presbiteros, & Clericos in sacris, sic etiam, & recitentur horæ vespertinæ fiat doctrina Christiana, & nunquam prætermittatur collatio casuum Conscientiæ, vt in suis titulis sancitum est.

## DECRETVM NONVM.

NOn sint negligentes in conficiendo Inuentario eorum, qui absque testamento decedunt ex hac vita, prout dictum est in titulo de exequis, & sepulturis.

# De Sacris Ieiunijs Obseruandis.

## PROOEMIVM.

1.Reg. 4.17 QVam superbus Hostis ille, qui exprobrat Castris Israel, cuius virtus in lumbis eius, & fortitudo in vmbillico ventris, metuendus sanè, qui lasciuientes acies, vnguentis di-
Iob 40. libutas, coronantes rosis, molli voluptatum stipatas, turmas immittit in Populum Dei. Hi furiales inferorum cataphracti, & diabolici robur exercitus formidandi quidem bellum cum his inimus, quorum quo dulciora sunt arma, eo perniciosora sunt vulnera. Contrà has legiones arma, conclamandum est, tela sumenda Ieiunij, huius fulgorem nequit delicata effeminata voluptatum phalanx sustinere. Hoc velut fulmina tartarea castra dissipantur, prosternuntur, delentur. Hoc precipuè bellandi genus Dæmones expauescunt. Hinc sacrosancta Ec-

clesia

clesia maximum, & solemne Quadragesimale Ieiunium, veluti Paradisi armamentarium, referans quotannis seruandum induit, vt voluptates præteriti temporis, victoriam defleant suas, & qui multitudine virium suarum, quas epulæ ministrárunt, sunt victi, imbicillitate, & inædia corporis castigati victores suos debellent. Cum autem militia sit vita hominis, nullis inducijs intermista, imò perpetuus cum vigili, & ieiuno hoste conflictus, vigilijs; & ieiunijs est agendum, vt qui luxuriosè viuendo à paternis Castris transfugæ defeceramus famæ, ad Patris sinum redamus. Ideò ab Imperatore suo Christo edocta Ecclesia, quorumcumque temporum primordia ieiunijs sacranda duxit. In verè, vt luxuriantium Palmitum petulantia castigetur, ieiunio scindit, & purgat. In æstate; vt cum exultatione in aream Domini manipulos conferamus, inædiæ falce resecat. In Autumno, vt operum nostrorum vinum dignum sit delicto nostro ad potandum abstinentiæ torculari præmit, torquetque. In Hyeme, nè timeamus à frigoribus niuis, vrentem ieiunij accendit ignem, vt ità meditando annos nostros, in amaritudine animæ nostræ, tandem ingrediamur Templum Domini, & videamus voluptatem eius. Verum sciant oues nostræ, quod infructuosè corpori esca subducitur, nisi mens à vitijs reuocetur. Orationi Ieiunium maritandum, vt virtutum soboles procreetur, ad quæ, vt commissi Nobis fideles facilius pertingant, hæc obseruanda statuimus.

Iob 7.

Psal. 125
Cant. 7.

Prou. 31.
Isai. 38.
Psal. 26.

S. Leo serm. 4. de Qua.

## DECRETVM PRIMVM.

SAncta Tridentina Synodus pastores omnes hortatur, atque obtestatur, vt omnem adhibeant diligentiam ad fideles cohortandos, vt ea, quæ ad domandam carnem conducunt, præsertim ciborum delectum, & ieiunium omni studio amplectantur; Itaque eius Nos authoritati, & sacrorum Canonum decretis innitentes edicimus, vt omnes præter feriam sextam & Sabbatum quibus carnibus vesci non licet, etiam carne, cæterisque omnibus, quæ à carne trahunt originem, vt ouis, lacte, caseo, butyro, & huiusmodi, per totam Quadragesimam abstineant, alijsque diebus Ieiunij, ex præcepto Ecclesiæ.

DE-

SCiantque singulis Quadragesimæ diebus Dominicis exceptis, ieiunij lege se obstrictos esse. Sunt enim illi quadraginta dies, quasi totius anni, decima quædam, quæ in oblatione Ieiunij, pro fidelium omnium salute, Deo consecratur.

## DECRETVM TERTIVM.

VT per sacra quatuor anni tempora, vigilias Natiuitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ; Beatorum Apostolorum (exceptis Ioannis Euangelistæ, ac Philippi, & Iacobi vigilijs) item die festi omnium Sanctorum, Natiuitatis Sancti Iouannis Baptistæ, & Beati Laurentij, ieiunium seruent.

## DECRETVM QVARTVM.

CAueant ergò ieiunij cultores, nè dum vetitis cibis abstinent, aliarum rerum delitias, luxuriamque sectentur, imò verè, moderato cibo, & potu, carnis vitia coerceant, vt liberè mentes ad cælestium rerum amorem, & contemplationem erigant, vt ad pietatis opera expediti inueniantur.

## DECRETVM QVINTVM.

AB his autem omnibus, eos excipimus, quos vrget necessitas, vel imbecillis ætas à ieiunij lege eximit, eos etiam, qui euidentis morbi, alteriusuè iustæ causæ excusationem habent, sed horum iudicium Parochis tantum, vel ijs, quos ei muneri ipsi præfecerint, scripto faciendum relinquimus, idque quod ad morbum attinet, de medici consilio.

## DECRETVM SEXTVM.

QVod autem ex diuinarum litterarum sententia, parum, homini prodest, se per ieiunium cibo temperasse, si animus in peccatis sit intẽperans; Idcircò fideles in ieiunio præcipuè studeant, vt dum caro ab alimentis abstinet, mens pariter à culpa ieiunet; Omnesque in Dei laudibus, eleemosynis, alijsque pijs officijs occupentur. Hoc est enim ieiunium, quod se Dominus Isaiæ ore deligisse testatur.

## DECRETVM SEPTIMVM.

PRæcipimus, & mandamus omnibus Parochis, vt in diebus Dominicis præcedentibus enuncient Populo, non solum dies festiuos, de præcepto seruandos, se vigilias, vel quatuor tempora, quæ in illa sequenti hebdomada occurrunt Insuper in serò antecedente vigilijs, vel quatuor temporibus: infrà annum occurentibus, post sonum campanæ, prò salutatione Angelica, quæ vulgo dicitur, *l'Aue Maria*, teneatur Sacrista, pulsare campanam per spatium vnius Credo saltem, dando signum, quod sequenti die erit vigilia, & seruandum, erit ieiunium de præcepto, vt qui Missę Conuentuali non interfuerint, vel ab eorum memoria deciderit, per dictum campanæ signum moneantur.

## DECRETVM OCTAVVM.

COmmendamus, & approbamus laudabilem deuotionem in Ecclesia nostra Cathedrali introductam, quod singulis sextis ferijs, hora nona, in qua Dominus noster Iesus Christus in Cruce emisit spiritum; detur signum campanæ per spatium mediæ quartæ vnius horæ, vt fideles recitent quinquies, Pater; & Aue, quibus concedimus Indulgentiam annorum, decem; & mandamus ità seruari tam in Ciuitate, quam in nostra Diœcesi.

## DECRETVM NONVM.

PRæcipimus etiam, quod de ſerò poſt ſonum campanæ, prò ſalutatione Angelica, pulſetur etiam elapſa quarta parte horæ noctis, aliud ſignum cum eadem campana, vt moneantur fideles ad recitandum Pſalmum Deprofundis; vel ſaltem, Pater, & Aue; pro animabus fidelium defunctorum; Caueantque Sacriſtæ Eccleſiarum, tam Matricis, quam Parochialium, de contrario in omnibus ſupradictis, ſnb pęna priuàtionis Officij, & vnius menſis carceris.

# De Quæſtoribus Eleemoſynarum.

## DECRETVM PRIMVM.

Concil. Triden. ſeſſ. 21. cap. 9. & ſeſſ. 25. cap. 8. in fine.

CVM Sacrum Tridentinum Concilium, non ſolum Quæſtorum vſum, ſed, & nomen ipſorum funditus ſuſtulerit; Ideò decernimus nemini licere in Ciuitate, & in Diœceſi noſtra huiuſmodi officium exercere, exceptis Peregrinis per vnū diem; Propterea Vicarij Foranei, omnes cuiuſcumque generis quæſtuarios homines, à iuriſdictionum ſuarum limitibus expellant; Neque vt cautum eſt Concilij Tridentini decreto vllatenus permittant illos in ſuis iuriſdictionibus eleemoſynas querere: Regularibus tantum exceptis, qui ſuorum Monaſteriorum nomine, iure ſuo mendicant, & ijs etiam, qui alijs pijs locis (facultate à Nobis in ſcriptis impetrata) in hoc ipſo munere inſeruiunt.

## DECRETVM SECVNDVM.

IN huiuſmodi autem licentijs concedendis, hæ conditiones debent obſeruari, vt à Sacra Congregatione Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, Epiſcoporum, & Regularium præſcriptum eſt, videlicet, vt concedantur gratis, & in ſcriptis, & perſonæ eleemoſynis colligendis deputandæ approbentur ab Epiſcopo, quæ perſonæ non debent, eleemoſynarum, propter operam, quam præſtant, eſſe participes, non

ferre

ferre sua priuilegia, nèc reliquias, nèc minis, aut imprecationibus inducere Christifideles ad eleemosynam erogandam, nèc tintinnabulum, aliaque similia instrumenta, quo rumdam quæstorum insignia ad homines excitandos, pulsare, nèc quidquam vti debitum, aut solitum petere, nèque vllo artificio, aut prætextu, vt Sancti Antonij Orationis dicendæ, vel alterius Sancti, pecunias, aut alia bona extorquere, sed simplicitèr piè, & modestè petere eleemosynam pro substentatione hospitalium, vel similium piorum locorum, & accipere tantum, quod ipsis vltrò offeretur; Deniquè super eisdem eleemosynis, nullam quouis nomine conuentionem inire debent, nèc quæstoris nomine vllo pacto nuncupari.

## DECRETVM TERTIVM.

ET quia, nec sine animi dolore audiuimus quæstuantes, quæ sibi cum conditionibus à Sacra Congregatione Episcoporum præscriptis conceditur facultas ea abuti ideo quascunque licentias quæstuandi, quibusuis personis hactenus à Nobis, seù Ministris nostris concessas reuocamus, & pro reuocatis in posterum haberi volumus; Et cupientes deinceps, vt quicunque quæstores à Nobis facultatem impetrabunt, piè, & religiosè beneficio vtantur, quod eorum necessitati compatientes impertimur; Vicarios Foraneos omnes, & singulos admonemus, nè patiantur per Iurisdictionem suarum loca quæstuari, nisi priùs licentiam in scriptis à Nobis, vel à Vicario nostro generali concessam viderint, ac recognouerint; Quod si ad huc quidpiam indignum commiserint, expelli mandamus, strictèque præcipimus, vt ipsi Vicarij Foranei à suarum Iurisdictionum locis debeant illos eijcere, & litteras quoque à Nobis obtentas adimere.

## DECRETVM QVARTVM.

NEmini, siuè Ecclesiastico, siuè sæculari liceat ad quæstuandum Imagines, siuè nouas, siuè antiquas per Ciuitatem, vel suburbia, sinè nostra speciali licentia deferre, aùt

exponere, ſub pœna contrafacientibus ammiſſionis eleemoſynarum collectarum, & ſcutorum vigintiquinque pijs vſibus applicandorum, & in Iuris ſubſidium excommunicationis.

## DECRETVM QVINTVM.

ET quia ſæpiſſimè iſti quæſtuarij flagitioſè viuunt, benedicunt, ſeù obſignant animalia, imprecationes, & præſtigia faciunt Indulgentias, & alias ſpirituales gratias promulgant, concionem per ſe, vel per alium habere præſumunt; Reliquias Sanctorum, & Imagines, ſeù grana benedicta, acus, aliaque huiuſmodi munuſcula deferunt, quibus ſimplicium fidelium animos ad eleemoſynas ſibi tribuendas alliciunt, mandamus omnibus Vicarijs Foraneis, vt ſtatim atque de prædictis, vel eorum aliquo notitiam habuerint, Nos certiores facere, ſub pœna arbitrij teneantur.

# De Maledicis, & Blaſphemis.

## PROEMIVM.

Pſal. 53. HOrreſcimus ſanè cum animo voluimus, fidelium aliquos, ità perditos inueniri, vt deſcedant in Infernum viuentes,
Pſal. 36. à Diabolo blaſphemas mutantes, quibus Dominum gloriæ
Iob 38. laceſſant; Verè dentes eorum arma, & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Proh dolor? Illum dum laudant aſtra
Pſal. 56. matutina, & iubilant omnes filij Dei. Blaſphemi ſtrident dentibus in eum, & temerario auſu, linguarum armis, Maieſtatem Domini, Sanctiſſimãillius Parentem, Sanctoſque omnes cum Chriſto regnantes, è Cœlo deturbare contendunt. Immò pe-
Chriſol. iores Diabolo magiſtro efficiuntur, quem nunquam Deum blaſphemaſſe legitur in ſacris paginis, ſed tantum ſemel in
Pſal. 82. Apoc. 14 Apocal. in quo habetur, quod conceſſum eſt beſtiæ, vt bla-
Apoc. 4. ſphemaret, vndè Sancti Patres deſumunt, quod blaſphemantes, beſtiæ, non homines ſint. Claudite aures cætus fidelium,
Pſal. 62. cũ inimici Domini inſonuerint, emulamini ſanctiſſimas mentes, cytarizantes in cytaris ſuis, quę non habent requiem die, ac
nocte

noćte concinendi, Sanćtus, Sanćtus, Sanćtus. Verum, vt obstruantur os loquentium iniqua, & ſerpentum capita conterantur, Sanćtorum Pontificum, maximè Leonis X. & Pij V. decretis inſiſtendo. Pij V. anno. 1656. kal. Apr.

## DECRETVM PRIMVM.

PRæcipimus Parochis in ſuis ad Populum allocutionibus vt ſemel in cuiuſcunque menſis prima Dominica vehementer in deteſtabiles blaſphemos inuehant, delićti atrocitatem, grauiſſimas pęnas in veteri Teſtamento illis inflićtas, Pontificalium Conſtitutionum gladium ob oculos ponant, Confeſſarij autem poſt grauem correćtionem, ſalutarem, & grauem pœnitentiam iniungant. Iul. III. In Bull. conſt. 40 incip. In multis deprau. Leu. 24. 2 Mach. 15.

## DECRETVM SECVNDVM.

SAeculares poteſtates, & Rećtores noſtræ Diœceſis, omni ſtudio in Domino hortamur, vt etiam ipſi ſeuerè caſtigent execranda blaſphemantium ſcelera Pontificum Indulgentias, & Dei munera conſecuturi, cuius honorem zelantèr, exceptis blaſphemis hereticalibus, quarum punitio non ad Iudices ſæculares, ſed ad ſanćtam Inquiſitionem ſpećtant. Fideles autem omnes Paſtorali ſollicitudine monemus, vt ſi harum ſibilum audierint viperarum, fraternæ charitatis exhortationibus coerceant, à tam praua conſuetudine deterreant, quod ſi illos non audierint, dicant Eccleſiæ, & ad Nos deferant, vt pro criminis qualitate plećtamus; Interim ſciant pro tam pio opere decem annorum Indulgentias, à Leone X. elargitas, ſe adepturos. Etenim crimen mix. for cap. 2. de maled. Iul. Clar 9. blaſph

## DECRETVM TERTIVM.

ET vt temeratores Maieſtatis à tanto ſcelere ſaltem ſupplicis deterreantur, Sacri Concilij Lateranenſis conſtitutionem ſub Leone X. contra blaſphemantes ſubijciendum duximus, quæ in Pij IV. Bulla continentur, quam Parochi ſemel Pij IV. an. 1566. kal. Apr.

mel

mel in menfe inter Miſſarum ſolemnia Populo, vulgari idiomate exponant.

## DECRETVM QVARTVM.

QVicunque laicus Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Glorioſiſſimam Virginem Mariam eius Genitricem expreſsè blaſphemauerit, pro prima vice, pęnam viginti ducatorum incurrat, pro ſecunda, pęna duplicabitur, pro tertia, aut centum ducatos ſoluat, & ignominia notatus exilij mulctabitur. Qui verò plebeius fuerit, nèc ſoluere poterit, pro prima vice manibus poſt terga ligatis, antè fores Eccleſiæ conſtituatur per diem integrum, pro ſecunda fruſtigabitur per Vrbem, pro tertia lingua eius perforabitur, & mittatur ad triremes. Quicunq; Clericus in hoc blaſphemiæ crimē incurrerit, pro prima vice, fructibus vnius anni omnium, & quorumcumque beneficiorum ſuorum, pro ſecundis beneficijs ipſis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi Clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecunaria pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbalitèr degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ, atque perſonæ arbitrio Iudicis puniatur.

# De Magis, Maleficis, Strigibus, Incantatoribus, & Superſtitioſis.

## PROEMIVM.

Iſai. 4.3. IN Diaboli officina, contra hominum genus Magos, Maleficos, Striges, & Incantatoris arma cudere, nemo ambigit,
Luc. 15. qui forti illi famulatur, qui aufert ſpolia ſamariæ, & vniuerſa
Pſal. 79. arma diſtribuit, in quibus poteſtas confidit tenebrarum. Horum igitur inimicorum Chriſti denudanda ſunt capita, Dra-
Iſa. c. 23 cones confringendi; De albo fidelium libro viuentium eraden-

di

di perditissimi homines, qui in corporum, animarumque perniciem, pactum cum Inferno pepegerunt, & Dæmonum satellites horrendum in terris constituunt imperium; sceleratas has phalanges dæmoniaca lepra infectas extrà fidelium castra eijciendas iubemus, nè ipsarum contagium per ineptorum animos serpat.

## DECRETVM PRIMVM.

CVM compertum sit humani generis hostem semper quęrere, quem deuoret, ac perpetuò contendere varijs sub rerum speciebus, fidelium animas illaqueare, atque decipere, proxima idololatriæ, diuinationum, incantationum, superstitionum, veneficiorum, sortilegiorum, hisque similibus semina vaferrimus hostis callidè animis inserit, vt passim imperitos, ac curiosos à vero cultu auertat. Hos igitur, vt tam funestam, ac nefariam pestem ab omnibus nostræ curæ creditis depellamus, omnes, & singulos admonemus, esse excommunicatos, ac à Sanctæ Matris Ecclesiæ sinu alienos huiusmodi Magos, Incantatores, Sortilegos, Diuinatores, cœterosque alio quouis nomine, quibusuis artibus corpora, mentesque hominum morbis, & insania leuare, & opprimere posse, falsò profitentur, eosque qui ex corporis lineamentis, ac figuris, alijsque rebus quibuscunque, Dæmonum instinctu, se futura enunciare, absconditos thesauros inuenire posse, dementi iactant temeritate, eos itèm, qui iudiciariam Astrologiam exercent, cuius vsus grauissima lege Sixtus V. & Vrbanus VIII. prohibuerunt, ac ex syderum conuersionibus, ac inspectione, liberas hominum actiones, euentusque incertos pronunciant, vel alia aliqua de causa, incantationes, diuinationes, Sortilegia, superstitiones exercent.

## DECRETVM SECVNDVM.

GRaue illud etiam omnique iure prohibitum scelus est, quod sine maxima diuini cultus offensione fieri nequaquam potest, maleficia scilicet, alijs dissolnere maleficijs; Quā

ob rem Parochi, ac Concionatores, commoneant huiusmodi morbos, Deo permittere, propter peccata sæpius contingere, ipsosque maleficiatos hortentur, vt contrito corde, animarum suarum labes Deo, & Sacerdoti confiteantur, & profuso fletu, eleemosynis, & orationibus Domino satisfaciant.

## DECRETVM TERTIVM.

Eos verò, qui sponsos, vt sanctum Matrimonij Sacramentum, suo effectu careat, ligaturis, vel maleficijs obstrinxerint, excommunicatione latæ sententiæ ferimus, & seuerè puniemus, iuxtaque grauitatem delicti carceri mancipandos iubemus; Si autem sponsi ab alijs maleficis soluendos nexus curauerint, tùm ipsos, tùm maleficos, præter excommunicationem, quam contrahent, pœnis nostro arbitrio infligendis subijcimus, quibus etiam obnoxios volumus, qui longos, & periculi plenos, morbos induxerint; Si autem bestijs, agris, frugibus, vel alijs fidelium bonis graue intulerint damnum, seuerissimè nostro arbitrio punientur.

## DECRETVM QVARTVM.

Moneant etiam Parochi populos, non carere vitio superstitionis colligere herbas tali hora, ac die, verba, aut orationes sacras cōscriptas ferre in tali, vel tali carta, vel schedulas quasdam, seù Iconas, alijs characteribus, figuris, vel ignotis quibusdam nominibus, præter signum Sanctę Crucis exaratas, in Missæ sacrificio vti, certo candelarum numero, forma, aut colore, ab Ecclesia non vsatis. Nolle ad mensam assidere, & cibum sumere, dum certus ibi conuiuarum numerus accumbit, aliaque huiusmodi, sæpius multitudini inculcent, tamquam diabolica fraude ad animas decipiendas inuenta, ideoque omni studio detestanda, de quibus Orig ait Diaboli sunt seductiones, Dæmonum sunt irrisiones, Idololatriæ sunt fex animorum infatuatio, & cordium scandalum.

# De Exequijs, & Sepulturis.

## PROOEMIVM.

SEpulchrales honores, vltima pietatis officia fidelibus soluere, qui à viuis in Domino decesserunt, quam rationi sit consentaneum, ex eo intelligi potest, quod vel Ethnici, qui mortui sepeliebant mortuos suos, omni fidei lumine orbati, naturæ solo radio ducti, funera, quæ defunctis impendebant, iusta, & parentalia vocare consueuerunt, nihil enim videbatur iustius, quam parentum, amicorum, vel ciuium corpora sepulturę mandando, illa à volucrum, ferarumque iniurijs tutari. Hinc legimus clarissimos Romanorum Consules, Duces, Tribunos, ac Centuriones, proprijs manibus, vt castra suo exemplo prouocarent, clade pro Patria Cæsos Ciues, sparsosque per agros, tumulo intulisse. Israelitas autem, quibus olim appropinquabat Deus, maiori pietate his humanitatis studijs incumbuisse, sacræ paginæ testantur, fideles ergò, quibus fidei lumen est exortum, qui fænum castris nostræ, quod hodiè in tumuli clibanum mittitur, in flores aliquando reuersurum, spem habent, quanto pietatis ardore, cum mortuorum corporibus, & animabus sit agendum, meditentur. Non tantum parentum, amicorum, vel Ciuium funera prosequantur, verum etiam cum exteris, & peregrinis hanc exerceant misericordiam, sciant gratissima fore misericordiarum Patri humanitatis studia, qui triginta argenteos pretium sanguinis filii sui, voluit in peregrinorum sepulturam erogari. Meminerint ex illis emptum agrum figuli, vt colligant fidelium corpora, quæ tanqnam vas figuli, morte confracta sunt, integra in honoris restauranda; Pecularia ergò Missarum sacrificia pro defunctis immolanda curent, recolentes, quod neque descedat cum ipsis gloria eorum, & reliquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum, domos eorum futura, donèc atteratur Cælum, legata igitur, si quæ testati fuerint, parentes pro suarum expiatione animarum, subitò soluant, nè gloriam expe-

Matt. 8.
1. Reg. c. 31.
Tob. 2.
2. Mach 12.
Tob. 4.
Ecc. 7.
Matt. 27

ctantibus illis, ipsorum in curia, imò crudelitate, Purgatorij ignibus torqueantur.

## DECRETVM PRIMVM.

S. Amb. lib. de Tob. c. 1. S. Aug. de cura agend. pro mortuis c. 7. & 9.

PArochi, cum de alicuius fidelis in Domino dormitione, certiores erunt facti, pium, antiquumque morem sequentes, campana significanda curent, vt Populus pro illius anima ad Deum preces effundat, si mors post primam noctis horam acciderit, post Salutationem Angelicam sequentis diei, campanæ signo defferatur.

## DECRETVM SECVNDVM.

S. Carol. eod. tit. nu 5. & 10.

DEfunctorum cadauera non humentur, nisi duodecim ad minus, post expirationem, horis elapsis, interfectorum verò, & repentina morte occumbentium post viginti quatuor horis, nisi aliud in æstate visum fuerit, hoc verò ante solis ortum, vel post eius occasum, absque nostra in scriptis licentia non fiat, sub pœna iudicij nostri.

## DECRETVM TERTIVM.

VNusquisque defunctus in propria sepelliatur Parochia, nisi albi ipse sibi viuens, vel maiores sui sibi, vel posteris sepulchrum posuerint: Peregrini verò, & Aduenæ, qui sepulturam sibi non eligerint in Maiori Ecclesia tumulentur, ità enim in Pisaurien. Sacra Congregatio Concilii die 22. Ianuarii 1638. censuit.

## DECRETVM QVARTVM.

S. Carol. de sep.

CVM mortui corpus, sepulchro erit inferendum, pulsata campana, Clericis superpelliceis, & biretis maiori in Ecclesia conueniant, & Cruce præeunte, bini ad defuncti domum pergant; & eodem ordine ad Ecclesiam deuotè psalentes, il-

lum

lum comitentur, nec ab ea discedant, nisi iuxtà morem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iustis persolutis, si autem tempus pluuiarum fuerit, pileum, & pallium superpelliceo induere concedimus. Qui non aderint funeris eleemosyna priuentur. Peractis functionibus, funeralibus omnes Presbyteri, & Clerici comitentur Crucem, redeuntes ad eamdem Ecclesiam Matricem, alias amittat eleemosynam.

## DECRETVM QVINTVM.

NVllo modo Curiæ sæculari liceat extrahere à tumulis cadauera defunctorum, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt informationem capiat, iuxtà rescriptum Sacræ Congregationis ad Episcoporum Callien. 22. Nouembris 1619.

## DECRETVM SEXTVM.

IVra Ecclesiarum, & Clerici eleemosynæ, secundum laudabilem loci consuetudinem, iuxtà Sacros Canones persoluantur; si verò defunctus adeò fuerit inops, vt iura funeralia nullo modo soluere possit, Ecclesiæ impensis, & totius Cleri concursu, tumulentur. Qui adesse neglexerint absque legitimo impedimento duos carolenos soluant, tamen nè fraus vlla intercedat Vicarij Foranei iudicio erit standum, qui verè sint inopes, quod intelligatur in Diœcesi tantum, non autem in Ecclesia Cathedrali, vbi comperimus hæbdommadarios, aliosque de Capitolo, & Clero fungi hoc charitatis officio, & ità seruetur.

Congr. Episc. in Neapol. 5. Maij 1613.

## DECRETVM SEPTIMVM.

ABusum in hac Ciuitate, & Diœcesi inuentum associandi cadauera defunctorum à Reuerendis Canonicis, & Presbiteris induitis cū pluuialibus sericis, coloris albi, viridi, rubri, violacei, vel aliorum colorum, eodem modo, quo intersunt Processioni solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi,

omninò adoleri mandamus, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ipſo facto incurrenda, ſed vnus tantum Sacerdos deferat ſtolam coloris nigri, Reuerendi Canonici cum ſuis Almutijs, quibus perſoluantur eadem Iura funeralia, ac ſi cum pluuialibus aſſociaſſent, & reliqui de Clero cũ ſuperpelliceis, dum cadauera deferantur ad Eccleſiam, ad quam vbi peruenerint, poſſit vnius vti pluuiali nigri coloris, cum duobus aſſiſtentibus, indutis dalmaticis, eiuſdem coloris dum funeralia celebrantur, cum hunc ſtilum, tàm in Alma Vrbe, quæ omnibus dat normam, quam in alijs inſignioribus Ciuitatibus Italiæ ſeruari vidimus, & nullibi cum pluuialibus diuerſorum colorum feſtiuorum.

## DECRETVM OCTAVVM.

c quam preposte rum 13. q.2. Concil. Basil sess.21.

DAmnantes omnes lamentationes, quas mortuis ſuis Superſtites impendunt, & præcipimus, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, vt nemo cadauera eiulatibus ad Eccleſiam proſequatur; ſi verò conſanguinei, vel propinqui comitari voluerint abſque clamore, & lamentationibus, charitatis officium impendant, hortantes eos, vt miſſarum ſacrificijs, eleemoſynis, & Orationibus cariſſimorũ in Purgatorio exiſtentium, animas adiuent, & nõ pernicioſo luctu magis torqueant; Sacerdotes ſi parentum, vel agnatorum funus proſequi voluerint, non palliati, & pileati, ſed cum ſuperpelliceo, & biretto ſocient, ſub pœna ducati vnius pro qualibet vice, pijs &c. deteſtamur etiam, ac ſub pęna interdicti Eccleſiæ, prohibemus planctum, & eiulatum, ſiuè nemias, quę fieri ſolent in Eccleſia à conſanguineis, & aliis, ſed perſolutis funeralibus defuncti, tacitè, ac modeſtè ab ea diſcendent.

## DECRETVM NONVM.

S.Carol. loc.cit. c.16.

SEpulturæ abſque noſtra licentia non extruantur, ſub pęna interdicti ab Eccleſię ingreſſu; Si verò permiſsũ fuerit, ſolo æquatæ, fabricentur cum lapideo operculo, ità compreſſo, vt putris inde aura non ſpiret, vt ab altaribus, quatuor ad mi-

nus

nus pedibus distent, & quæ hactenus sub altari sunt, terra impleantur, & obturentur, & ossa in propinquum locum transferantur, qui distet ad minus per spatium supradictum, ità decreuit sacra Congregatio Rituũ in Calaguritan. 11 Iulij 1613. in hæc verba. Non liceat corpora defunctorum, sepelire propè altaria, & sub pradellis. Can. præcipien. 13.q.2.

## DECRETVM DECIMVM.

SI quis Regularis cuiuscunque Ordinis, & Congregationis, etiam Mendicantium testetur defunctum, dum viueret in Ecclesia sui Ordinis sepulturam sibi elegisse, nisi testibus huiusmodi dictum probetur, nulla fides ei adhibeatur, ex decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & licet Regulares possint ad sepulturam recipere illorum corpora, qui dum viuerent in ipsorum Ecclesijs, declarauerunt se velle sepelliri, non audeant tamen leuare ea, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, qui corpus ad Regularem Ecclesiam efferendum eleuet.

## DECRETVM VNDECIMVM.

AB Ecclesiastica sepultura arceantur. Primò Publici excommunicati, & denunciati, Secundò notorij Clericorũ percussores, etiàm nulla facta declaratione, vel denunciatione. Tertiò interdicti dũ viuerent ab ingressu Ecclesiæ. Quartò Mortui in duello, aut in prohibitis torneamentis. Quintò Vsurarij manifesti, nisi alienum restituerint, vel saltem idoneam de restituendo cautionem, de qua legitimè constet, relinquerint. Sextò infantes, vel adulti, qui sine Baptismo decesserint, fætus tamen in ventre matris, tanquam pars viscerum sepellietur cum matre. Septimò qui in peccato publico, & manifesto ex hac vita migrauerint, nullo dato contritionis signo. Octauò qui se ipsos de industria occiderint, nisi vi morbi, vel ob furorem, aut insaniam id fecerint, cuius rei iudicium Nobis reseruamus. Nonò qui eo anno confessi non fuerint, & Sacram Communionem ex præcepto Ecclesiæ non susce-

Clem. 1 de sep.

Extrauc

V. in c. ad cui tandum

susceperint. Horum corpora, quæ Ecclesiastica sepultura carere debent, longè ab Ecclesia emandentur. Qui verò alitèr fecerint, pœnis à Sacris Canonibus indictis, & alijs grauioribus, arbitrio nostro infligendis, plectentur, & si corpora eorum, qni in talibus, contrà hoc decretum iàm humata fuerint, discerni poterunt, exhumanda sunt, & Ecclesia, vel Cemiterium debent reconciliari.

## DECRETVM DVODECIMVM.

VT autem illibita conseruetur sancta, laudabilis, & immemorabilis consuetudo huius nostræ Diœcesis detrahendi quartam mobilium in pios vsus per nos erogandam, omnium defunctorum, qui ex hac vita decesserunt sine testamento, vel eorum; qui pro expiatione pœnarum, suarum animarum, nihil in testamento reliquerunt, cum nemo sine crimine viuat in hoc sæculo, & à Domino peregrinatur: Vicarij Foranei habita notitia de morte alicuius, in eorum Oppidis, siuè Terris, statim, sub pęna suspensionis à Diuinis, ipso facto incurrenda, se conferant ad eius domuum, cum assistentia Fiscalis nostræ Curiæ, ac duorum saltem Sacerdotum, vel Clericorum, vel Laicorum, ac de bonis mobilibus, ac semouentibus, tam in domibus defuncti existentibus, quam extrà, siuè eorum creditis, Inuentarium faciant, & ad Nos infrà triduum transmittant, præcipientes, proùt Nos præcipimus, tàm hæredibus, & propinquis defunctorum, quam quibuscunque alijs personis, etiam exteris, quod sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, Nobis reseruatæ, nihil abstrahant, detrahant, vel occultent, occultare vè faciant, vel permittant de mobilibus defunctorum; etiam minimis, sub quouis prætextu, vel quęsito colore. Vicarij Foranei sub eadem pęna, omnia mobilia fidelitèr in Inuentario describant, deposito quocunque humano respectu, etiàm consanguineorum, vel amicorum.

DECRE-

## DECRETVM DECIMVMTERTIVM.

ET quia experientia compertum est, hęredes persæpè fingere, fuisse conditum testamentum à defunctis suis parentibus, vel attnentibus, in quo forsitan nulla facta fuit mentio de aliquo pio legato, vel testamentum non fuisset conditum à testatore, existente in rectis sensibus, vel non vallatis solemnitatibus à Iure requisitis, & plerumque exhibent copiam testameutorum, quæ nunquam fuerunt facta, quibus incautè Vicarii Foranei fidem adhibent, vt hæredibus rem gratam faciant, vel antiqua multorum annorum, & cum eorum conditores supravixerint, facilè alicui restitutioni, vel satisfactioni, obnoxii decedunt, ex hoc sæculo, quod si in vltima infirmitate constituti, testamentum condidissent, vtiquè facilè pro eorum anima de aliquo pio legato, vel satisfactione, aut restitutione disposuisent; Mandamus, quod præfati Vicarii Foranei non admittant ea, absque nostra certa scientia, & speciali rescripto sub eadem pęna, sed infrà triduum ad Nos transmittant.

## DECRETVM DECIMVMQVARTVM.

SI qui autem, siuè fuerint Notarii, tàm Apostolici, quam Regii, Parochi, vel quæcunque alia priuata persona (quod Deus auertat) apparere fecerint aliquod testamentum non verè factum à testatore, sensibus integris dum viuerent, vel post illius obitum fecerint, aut facere prócurauerint, vt Ecclesia priuetur quarta mobilium illi spectante, sub prætextu pietatis, nè hæreditas, dicta quarta minuatur, vel quouis alio mundano respectu, anathematis vinculo ipso facto subiiciant, tam scribentes tale fictum testamentum, quam procurantes, consulentes, mandantes, vel in testes interressentes, vel quomodolibet scientes, & Nobis non reuelantes infrà dies octo, post &c.

INsuper cum ad aures nostras peruenerit, fuisse facta aliqua testamenta fictitia, falsa, & non vera, in hac nostra Dioecesi ad finem supradictum, mandamus, quod sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, Nobis reseruatæ, excepto mortis articulo, quicunque habuerit notitiam de huiusmodi testamentis, teneantur etiam testes, in eis descripti, quam cæteri hoc scientes, Nobis reuelare.

## De funeribus, & exequijs Archiepiscoporum, & Presbyterorum.

### DECRETVM PRIMVM.

CHristianæ pietatis, & gratitudinis, eo magis Ecclesiasticorum debitum est, vt sicut dum uixit eorum Præsul, pro ouibus suis animam posuit, ità paritèr in mortis periculo constitutus, subditorum omnibus charitatis officiis adiuuetur.

### DECRETVM SECVNDVM.

CVM igitur in Dięcesi nuntium de eius infirmitate habitum fuerit, statim à Parochis, & Clero preces, pro ipsius incolumitate, ad Deum fundantur. Quando autem de morte certiores facti fuerint, in omnibus Ecclesiis, tam Regularium, quam sæcularium, campanæ, sicut de more pro mortuis fieri solet, pulsentur; & missæ sacrificium, solemniter pro eius anima, offerantur, ac integrum Officium Defunctorum in Choro, cum interuentu omnium, recitetur, & ab aliis Sacerdotibus (Concil. Nicen. can. 65. Concil. Vall. c. 1.) missa, pro illius requie, Domino litetur. Diaconi, & Subdiaconi, minoresque Clerici, tres Nocturnos defunctorum cum laudibus recitent.

DE-

## DECRETVM TERTIVM.

CApitulum verò, cum certum factum fuerit, de Archiepiscopi Infirmitate, & quod morti sint proximus deputare teneatur Canonicum vnum, vel plures ex senioribus, & prudentioribus, qui Præsuli assistant, & munus id, quod eidem solemniter, iuxtà formam cæremonialis, administrentur Sacramenta, & tempore agoniæ commendetur eius anima per aliquos Religiosos, cui simul assistere, & animam commendare tenentur etiam Reuerendi Canonici, & Curati. Quo expirato corpus lauari, omnibus vestimentis quotidianis, & deindè Pontificalibus vestiri, cum pallio, ad præscriptum Cæremonialis Romani; In sola Palatij, vel in Ecclesia Cathedrali super Pheretro iuxtà figuram, in eodem Cæremoniali Romano impressam, cum facibus accensis adaptari, vt Populus possit commodè eius manus deosculari, Regulares, & Clerici officia celebrare.

## DECRETVM QVARTVM.

TEmpore autem statuto, pro celebrandis solemnibus exequijs, defuncto Archiepiscopo, conueniant etiam Presbiteri, & Clerici, totius Diœcesis cum Cruce, vestibus talaribus, superpelliceis, & biretis, absque vllo interesse, etiam oblato, vt funeralia Pastori digna persoluant, & Capitulum ad hoc non charitatis, sed debitæ officium iustitiæ inuigilabit quæ omnia, & singula seruentur, sub pęna suspensionis. Concil. Aurel. c. 6.

## DECRETVM QVINTVM.

NVllo modo possit Capitulum deuenire ad electionem Vicarij Capitularis, nec de eo aliquem tractatum habere, tam palam, quam priuatim, non sepulto Archiepiscopo. sub pęna Interdicti Ecclesiastici, & suspensionis à Diuinis, in particulare, similiter ipso facto, absque vlla declaratione, incurrenda, à quibus censuris, & pęnis non possint absolui, nisi à Sancta Sede Apostolica, vel Archiepiscopo Successore, vsq: ad cuius aduentum statuta Synodalia obligant omnes subditos, prout in Iure cautum est.

ELectio autem fiat per secreta suffragia, in personam dignam, & idoneam, non autem discolorum, vel de aliquo crimine diffamatorum, nec ad preces, vel requisitionem sæcularium, cuiuscumque status, & conditionis existant sub eadem pena, ad quam etiam subiaceant Canonici, siuè eorum consanguinei, attinentes, vel amici, qui pro aliquo procurauerint vota.

## DECRETVM SEPTIMVM.

OMnes Presbyteri celebrent missam vnam, tam in Ciuitate, quam in tota Diœcesi, pro anima cuiuslibet Compresbyteri defuncti, quamprimum de eius obitu notitiam habuerint, & sic in futurum inuiolabilitèr in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus; quicunque verò fuerit inuentus in hoc sæpè delinquisse, faxit Deus, nè fiat illi, quando moritur, sicut, & cæteris fecit; Secundum Euangelium. Eadem mensura, qua mensi fuertis remetietur vobis

## DECRETVM OCTAVVM.

EXponantur Sacerdotes, cum casula, stola, ac alba induti, cum calice in manibus, & honore debito Diguitati Sacerdotali, parententur.



# SESSIO QVARTA
## DIE XXXI. OCTOBRIS.
## De Sententia Excommunicationis.
## PROOEMIVM.



XCOMMVNICATIO, maior omnibus cęteris grauior est, tum quia maxima pęna est, inter homines esse, & hominum carere consortio, tum quia per eam quis Satanæ traditur in interitum carnis. Omnis Christianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur; Quomodo? Quia scilicet extra Ecclesiam Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus, ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica Communione remouetur, & idem Augustinus ait, grauiùs est hominem excommunicari, quam si gladio feriretur flammis exureretur, feris subijceretur, & in primitiua Ecclesia, sicut Apostoli habebant, proùt hodiè habent Sacerdotes, & Exorcistæ potestatem tradendi eos Dęmonibus affligendos pro enormibus peccatis, & sic in primitiua Eccelesia, corporaliter etiam affligebantur excommunicati, verùm hodiè Dæmones non vexant eos corpolariter, vt anteà eueniebat, nè homines timeant multum excommunicationem, vt refert Cardinalis de Turrecremata, tamen verissimum est excommunicatum possideri à Diabolo, & contrarium sentire hæreticalis propositio est; Ideò ait Sanctus Bernardus. Viderint in quanto periculo sint excommunicati, pro quibus Ecclesia palam orare non audet, quæ fidenter etiam pro Iudeis, & Hæreticis, & pro Gentilibus orat, cum enim in Perasceue nominatim oretur, pro quibuslibet malis, nulla tamen mentio fit de excommu-

c. corripiantur 14. q. 5. c. nihil 11 q. 3. c. omnis Christianus 11. q. 3. 1. Cor. 5. & D. August. ser. 68. de verb. Ap. Lib. 1. contra legis Prophet. ca. 17.

communicatis. Sanctus Hieronymus, vt refertur in cap. Nihil §. item. Quorum remiſertis peccata, ideſt quibus Eccleſiam interdixerit, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerit, ipſis Ianua Regni cæleſtis, clauſa erit, e D. Chriſoſtomus inquit, nemo contemnat vincula Eccleſiaſtica, quia non eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, & Clemen. dicit ad excommunicatum continuò accedunt truculenti lupi, ideſt Dæmones; & idem Chriſoſtomus, cum eijcitur infelix de Eccleſia, ſtatim Diabolo diſcerpandus traditur, & alio loco de quodam excommunicato, ait. Certè quaſi vile mancipium, ac miſerum captiuum Diabolus eum abducit quocunque vult, & ſicut mulio dominatur mulo, ità Diabolus excommunicato.

11, qu. 3. c. nemo.

Lib. 1. conſtit. Apoſt. c. 21.

## DECRETVM PRIMVM.

ATtamen cum Sacri Canones prohibuerint cum excommunicatis communicare, aliaque facere, quæ in verſu continentur. *Os, orare, vale, comunio, menſa negatur*, vt fortaſſe ſic ſe exoſos videntes, reſipicere faciliùs poſſent, cognoſcentes idcircò, quod in hac noſtra Ciuitate, & Diœceſi neruus hic Eccleſiaſticæ diſciplinę paſſim magis contemnatur, quam formidetur; Vt ſaltem potius operetur, quam perniciem, & ab omnibus timeatur, mandamus noſtris Rectoribus, & Vicarijs, vt quandocunque compererint aliquas perſonas extrà caſus à Iure permiſſos, cum publicè excommunicatis denunciatis, vel vel percuſſioribus Clericorum communicare, illos noſtro nomine deterreant, moneantque, vt à tali communione, fauore, auxilio, & ſimilibus ſe abſtineant, quod ſi monitionibus huiuſmodi non obtemperauerint, ſtatim ad Nos deferant, vt iuxtà terminos cap. ſtatuimus, de ſententia excommunicationis in 6. ad remedia oportuna, declarando iſtos maiore excommunicatione irretitos, deuenire poſsimus.

## DECRETVM SECVNDVM.

VT qui excommunicationis vinculo innodati exiſtunt, ſaltem humanis ſtimulis ad gremium Sanctę Matris Eccleſiæ

clesiæ redire citius enitantur, cæterique nullum cum ipsis commercium habere audeant, mandamus Rectoribus Ecclesiarum, quòd quolibet die festo inter Missarum solemnia, tales denuncient. nèc cessent, donèc à Nobis, vel nostro generali Vicario contrarium iniunctum fuerit.

## De Adulteris, & Concubinarijs.

### P R OE M I V M.

ADulterij criminis grauitatem, omnibus sufficiunt ostendere verba Pagani illius Abimelech Regis ad Isaac dire- Gen. 20
cta, dum reprehendens eum, quod vxorem suam, sororem esse affirmauerit, dixit. Potuit coire quispam de populo cum vxore tua, & inducas super nos grande peccatum. Si enim in sola lege naturali viuens homo, peccatum grande reputauit adulterium, quale debet esse in oculis Christianorum, quos eædem naturales scripturæ,& gratiæ leges, quotidiè instruunt, maximè Sacerdotum, qui tanquam Sanctissimæ Trinitatis mensæ pincernæ, Angelorum panem, Virgineo ventre compactum quotidiè tractant, & intrà præcordia recondunt. Decreta etiam Canonica, huius peccati grauitatem attestantur, vbi c. 1. 31. dist. &
ad verbum ità scribitur; Quid in omnibus peccatis Adulterio c quid in omnibus
grauiùs. Adulterium enim est crimen, infestum laicis, & bo- 32. q. 7. DD. in c.
nis viris, & turbat honorem matrimonij,& famam liberorum, ac si Cle ricis, §. de
in qua consistit decus gentium. Peximum vitium, vxorem al- adulter. de iudic
tèrius adulterare. Non est adulterio, maius vllum malum. Cri- Bald
men hoc præter lesæ Maiestatis est maximum, & D. Chriso- Ang in auth. de
stomus docet, adulterium, grauius esse Idololatria,& D. Cle- nupt. Bart. in
mens venenum adulterij cunctis malis esse perniciosius, & in- rub ff. de adulter.
ter cætera facinora, quibus maximè Deus irascetur, adulterium Chrysost in Euág.
reponitur; Ex Martialis pudicitiæ, Potentissimus vindex fla- Ioann. hom. 62.
gellauit Pharaonem, eoquod tulisset Saram, vxorem Abraæ, Clem in Ep. Iac.
Patris Isaac, simulantem se esse sororem,& non vxorem, pla- Lact. tit. de ira
gis maximis, pestilentiam, & tumultus, seditionesque popu- c. 22. Gen. 22.
lares immittens, quæ mala cum diuinitus intellexisset, immit- Ioseph.
ti, hac de causa Saram, reddit, & Abraam honorificè ductum, lib 1. antiq.

Philosof. in libro de Abraam. abire permisit. Dauid quoque, qui tulerat Bersabee, vxorem Vriæ, audiuit ex ore Natan Prophetæ, à Deo missi. Tù fecisti hæc abscondité, ego autem faciam verbum istud, in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis, eò quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua, non recedet gladius de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius; quæ omnia ei acciderunt, prout sacræ Paginæ in libris Regum testantur. Ex quibus apparet per quæ quis peccauerit, per ea etiam torqueri, quod sæpè accidere solet Adulteris. Et quidem Adulterium, veluti vitiorum agmen. Vndè iuremerito Laici Adulteri per Ecclesiasticum Iudicem excommunicari possunt.

2. Reg. 12.

Sap. 11. c. Intelligimus adult. Abb. & DD. in c. consuluit de appell.

## DECRETVM PRIMVM.

c. Cōfraternitat. 34. c. si cōcubinę c. fin. de cohabit. Clericor. & mul. Concil. Trident. sess. 24. c. 8. de reform. Concil. Lateran. sub Leo. X. sess. 9. Dionys. Cartus. in opusc. de conuers. pec. cator. Num. 15 man. c. 16 Sapien.

IN Concubinarios etiam, & Concubinas, Sacri insurgunt Canones, Sanctique clamitant Patres, cum sit crimen Christianæ Republicæ, valdè perniciosum, quod in grauem Dei, & proximorum offensionem cadere solet. Vndè Hieronym. hoc vitium perdidit maiorem partem hominum, proptèr quod factus est Cataclysmus, idest diluuium vniuersale, & propter hoc vna die ceciderunt 23. millia in Populo Israel, & quod est maximè deplorandum, quod fornicarij possunt peccare, & non possunt pęnitere, absque speciali diuina gratia; Et nè tanti flagitij contagium impunitis spe, quæ maximè illecebra est, fidentiùs inualescat. Decernimus à Parochis, & quibuscunque animarum curam habentibus, quæ sequantur, diligentissimè obseruari. Primò statim, ac aliquem in concubinatu viuere, intrà fines suæ Parochiæ suspicio, seù rumor ad se peruenerint, de veritate prudenter inquirant, & noxios paternè admoneant, vt omnem scandali, & peccandi occasionem de medio tollant, secundò si tèr admoniti, ex huiusmodi damnationis statu non emerserint, Nobis referat, vt secundnm Tridentini leges excommunicatione feriantur, cæterisque pœnis eiusdem Concilij, & Sacrorum Canonum afficiantur; Tertiò ad Sacramenta, præcipuè Dominicam Comunionem non admittantur, nè ponan-

ponantur Margaritæ ante porcos, nisi per duos saltem menses, & thoro, & domicilio vixerint ad inuicem separati. Quartò volumus teneri Parochos (post mensem à die promulgationis huius Synodi, & in futurum bis in anno, mense Ianuarij,& Iulij) sub pęna interdicti ingressus Ecclesiæ, eò ipso incurrenda, Nobis referre, vel nostro Vicario Generali, quotquot tali morbo laborantes, in propriis Parochijs inuenerint,explicantes nomina, cognomina, tempus, locum, & circumstantias omnes, præsertim si fuerint recediui vt si adhibitis alijs remediis non proficerimus, possit etiam implorari brachium sæculare, & concubinæ extrà Ciuitatem, vel Dięcesim eijciantur ad præscriptum Tridentini Concilij, & Sacrorum Canonum, & ad maiorem cautelam, vt eorumdem Sacrorum Canonum Decreta ad vnguem seruentur, Nos præsenti Synodo monemus omnes, & singulos Adulteros, ac Concubinarios, tàm mares, quàm fęminas, tàm solutos, quàm vxoratos, quòd omninò separentur, à tali peccaminoso commercio, & hæc sufficient prò prima, secunda, & tertia Canonica monitione.

c. 3. de off. Ord. Concil. Tridentº sess. 24. c. 8 de reform.

## DECRETVM SECVNDVM.

Meritrices publicæ, quæ omnibus sunt expositæ; non absoluantur, nèc etiam in Paschate, Eucharistiæ Sacramentum ministretur, sed audiantur earum confessiones tantum, Confessarij eas seuerè admoneant, vt à statu damnationis, in quo reperiuntur, exeant, & in finem dicat, Dominus te conuertat.

# De Vsurarijs.

## DECRETVM PRIMVM,

Vsurariorum execrabile, atque iniquissimum scelus, quorum numerum,cum tanto nostri cordis dolore,& Christianæ pietatis detrimento, magis, ac magis in dies inualuisse conspicimus; Cupientes funditus deleri, pœnitusque, euerti, atque omni maiori conatu satagentes, tàm perdifficilis curationis

tionis morbo efficaciorem medicinam adhibere. Clarissimè dignoscentes ex nimia Parochorum, & Confessariorum indulgentia, & forsitàn literarum ignorantia, hanc potissimum animarnm luem, & originem trahere, atque incrementa suscipere. In Iesu Christi Sanctissimo nomine mandamus, obsecramus, & quantum possumus, in Domino hortamur, vt Sanctorum Pontificum Constitutiones, & Canones, de vsuris pertractantes, præsertim quas Pius, & Sixtus V. hac de re ediderunt, præ manibus habeant, atque intelligat, vt damnata negotiorum genera, & vsurarios contractus, manifestos, vèl occultos, ac palliatos agnoscant, ac de ijs diligentèr examinari, ad se accedentes, pęnas, atque remedia pro modo culpæ imponere sciant, ac valeant. Quare Examinatoribus præcipimus in Confessariorum examine, vt sæpius de vsuris, contractibus, & restitutione interrogent, imperitosque repellant, minusuè doctos, magis instructos redire imperantes, & in collatione Casuum Conscientiæ de hac materia sæpè tractentur. Parochi verò intèr Missarum solemnia, pœnas, contrà Vsurarios statutas, declarent, necnon censuras, & casus Nobis in hac materia reseruatos; Atque ipsimet meminerint in excommunicationem à Clemente V. latam incurrisse, si quempiam vsurarium Sacramentorum, & Sepulturæ Ecclesiasticæ participem fecerint.

Sixtus V. const. de seffab. 12 kal. Nou. anno 3. Rota cor. Peregr. Romana vsurariæ prauitatis 4. Iul. 1597.

## De exorcizandis Energumenis.

### DECRETVM PRIMVM.

EXorcistæ officium rectè, sanctè, & grauitèr exercendum nemo est, qui reuocet in dubium, quapropter si quis alicui exorcismum adhibere voluerit, Ieiunio, & oratione se muniant, Saluatoris nostri Oraculi memor, quod in ieiunio, & oratione mali Spiritus eijciuntur, neque ad munus hoc obeundum accedat, nisi conscientiam suam ab omni erroris labe prius deterserit, & si Sacerdotes fuerit, & commodè præstare posſit, Missam celebrabit, totoque Deum corde deprecabitur, vt ad sui gloriam, & Sanctæ Ecclesię suæ exaltatio-

nem

nem, & animarum salutem, obsesso concedant liberationem.

## DECRETVM SECVNDVM.

ENergumeni verò non priùs exorcizentur, quam omnes ante actæ vitæ errores, diligenti discussione, confiteantur, eosque sæpiùs Exorcistæ moneant, vt assiduis precibus, nèc non alijs pietatis officijs, sese muniant, Ecclesias, vbi Sanctorum Reliquiȩ asseruantur, vel aliqua deuota, & miraculosa Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, Sanctissimæ eius Genitricis Mariæ, vel alterius Sancti extiterint Imago, frequentèr visitent: ieiunia itidem, & sexta præcipuè feria in Dominicæ Passionis memoriam, ex Christianæ pietatis exemplo, exerceant.

## DECRETVM TERTIVM.

PArochi neminem exorcizandi munus in suis Parochis exercere sinant, nisi in scriptis facultatem à Nobis, seù Vicario nostro ad hoc sibi concessam exhibuerit, neque Vicarius huiusmodi facultatem, nè Sacerdoti quidem concedant, nisi ætatem, scentiam mores præcognouerit, nèc ipsi Parochi sine huiusmodi licentia hoc munus exerceant.

## DECRETVM QVARTVM.

REgulares verò, nèc etiam in proprijs Ecclesijs, vel alienis hoc münus obire valeant, nisi obtenta priùs à suis Superioribus, & à Nobis in scriptis licentia.

## DECRETVM QVINTVM.

ENergumenorum vita, & mores, actionesque accuratè etiam explorent, videantque (consulto si opus fuerit medico) an quod ab illis agitur, id fortasse morbi alicuius, vel bilisatræ furore contingat, an vltrò, ac dissimulanter, an

deniquè Dæmonis, malorumque ſpirituum vexatione, an itidem exorcizandus excommunicationis vinculo vnquam fuerit irretitus, ritèque abſolutionem acceperit, & ſi non dum abſolutus fuerit, hoc antè omnia fieri ſedulò curabunt, cum teſte Apoſtolo excommunicatus Satanæ traditur.

1. Cor. 5. Vide In rit. de ſent. excomm. ſupra.

## DECRETVM SEXTVM.

NON antè Solis ortum, nèc poſt occaſum, nèc in ædibus laicalibus, locíſque priuatis, ſine noſtra ſpeciali conceſſione, exorciſmi habeantur, ſed in Eccleſia, non coram omnibus ſed viris tantum honeſtis, & ætate pergrauibus, ſi verò exorcizanda mulier fuerit, id facient, ſaltèm duabus coràm ætate, vitaque probatis fœminis, & ſi fieri poterit, energumenæ conſanguineis, nèc illius caput, humeros, faciem, ac manus tangant abſque neceſſitate, & tunc maxima cum honeſtate, nèque energumenum, aùt energumenam, ſupèr altaria imponent, & quidquid denique offenſionis Deo eſſe poteſt, effugiant.

## DECRETVM SEPTIMVM.

NOn alijs exorciſmis, precibus, ritibuſque, quam ab Eccleſia ſtatutis, & approbatis vtantur, & ſummoperè caueant, nè vllus vnquam in hoc munere peragendo intercedat quæſtus, neuè rebus ſuperſtitioſis, aùt maleficijs vllis id faciant; Non ſint curioſi in futurorum diuinatione, vel occultorum rerum à Patre mendacij, reſponſa expectare, ſub pœna ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto incurrrenda, alijſque arbitrio noſtro imponendis, cotrà tranſgreſſores horum noſtrorum decretorum.

De

# De Seminario Clericorum.

## PROEMIVM.

CLericali Militiæ optimè consultum iri, visum est Sacro Concilio Tridentino, Sacri Altaris seruitio mancipandi & ad Sacerdotij decus ascensuri, in vna æde cohabitare, & tyrocinium inire iuberentur, vt edocti prodirent ad præliandum bella Domini. Hoc salubre præceptum iàm pridem per Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum bon. mem. Iuliũ Antonium Sanctorium huius Metropolitanæ Ecclesiæ Dignissimum Præsulem, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Sanctæ Seuerinæ nuncupatum, in hac Ciuitate fuit inchoatum de anno 1565. aliosque nostros Prædecessores conseruatum; Sed quia primo nostro aduentu ad hanc Diœcesim inuenimus duas tantum Aediculis nimis angustas, & vetustate collabentes, eas funditus diruere, & nouum ædificium in ampliorem formam à fundamentis erigere curauimus, & tam pium opus fouendum, ac perficiendum duximus, cum Propheta agnoscentes, bonum esse viro, si portet iugum Domini ab adolescentia sua, & cum puero Samuele in templi seruitio coalescant. Omnis ergo nauanda est opera, vt optimis disciplinis, præclaris sub educatoribus, ac Magistris, Clericalis puber instruatur, Hæ namque nouellæ Oliuarium plantationes in circuitu Mensæ Domini, aliquando futuræ conuiuæ, & virgæ virtutis ex Syon à Domino in populi profecturam emittendæ, necesse est, vt in lege Domini, meditetur, ac die nocte, idcircò enixè Vicario nostro generali præcipimus, vt maxima diligentia, delectum faciendum curet, qui nutri in Palatio Regis Christi, eruditi omni sapientia cauti scientia, & docti disciplina possint introduci, & stare in cospectu eius, ad quæ vt pertingamus, omnia, quæ Clericis Seminarij, præsenti Synodo imprimenda, proposita sunt obseruanda, & inuiolabilitèr executioni mandanda, iubemus.

Trident. sess. 23. c. 18 de reform. c. omnis ætas 12. q. 1. Concil. Tolet. 4. c. 23.

Hierem. Tren.

Reg. 1.

Psalm.

Dan.

# Instruttioni per li Chierici del Seminario, quali habbiamo stimato espediente, acciò da tutti possano esser'intese, di scriuerle in lingua volgare.

Ciascun Giouane, che desidera esser'ammesso nel numero dell'Alunni, douerà esser nato di legitimo matrimonio, & hauer l'età almeno d'anni dieci compiti, e non sia maggiore di dicesette, e che sia pouero, mà non tanto, che venendo all'età d'esser promosso all'Ordini sacri, non habbia sufficiente patrimonio, ò beneficio Ecclesiastico, e resti inhabile ad ascender'al grado Sacerdotale, e che frà essi sia preferito il più nobile bisognoso.

Non escludiamo però le persone commode, tanto Diocesane, come forastieri, da metterci per Conuittori, purche paghino gl'alimenti da bimestre in bimestre anticipatamente à raggione di ducati vinti l'anno per ciascheduno, e che non vi sia ammesso alcuno, per Alunno, Conuittore, ò Scolaro, senza nostra espressa licenza; Et osseruare le presenti regole, tanto nel vestire, come nel resto. Essendo il Seminario stato instituito dal Sacro Concilio di Trento, per alleuare i figliuoli col timor di Dio, nelle virtù, per ascender poi al Sacerdotio, ordinamo, che ciascun'anno, che vorrà entrar in Seminario, debba dare idonea cautione di persona Ecclesiastica, per gli atti della nostra Corte di pagare gl'alimenti à raggione di ducati venti l'anno, prò rata temporis, che c'hauerà dimorato, ogni volta, che non perseuerasse in esso, ò lasciasse l'habito Clericale, ò fusse mandato via per sua colpa notabile, eccettuatene però quelli, che entrassero, ò professassero in qualche Religione approuata.

Che il Seminarista ben complessionato, e sano, d'ingegno docile, & atto à tolerar la fatiga dello studio, e della disciplina Ecclesiastica acciò possa co'l progresso di tempo esercitar la cura dell'anime, & insegnar'à gl'altri l'istessa disciplina

na Ecclesiastica, che non patisca di mal caduco, vertigine, rogna, ò altro morbo contagioso, per non attaccar à gl'altri, e scoprendoseli dopò, che sono stati ammessi al Semminario, ne d ano subito tanto il Maestro, come 'gl'altri Seminaristi, relatione à Noi, per applicarli oportuno rimedio, ò licentiarli.

Che habbia ferma intentione di seruir'à Dio nel Chiericato in tutto il tempo di sua vita.

Che sappia almeno legere, e scriuere, le coniugationi de i verbi, e declaratione de i nomi.

Che sia almeno Chierico di prima Tonsura.

Che habbia l'Officiolo della Madonna, la Corona, la Dottrina Christiana,& altri libri pertinenti alla grammatica, sparticolarmente il Concilio Tridentino, habbia ancora qualche libro spirituale, il Scutrinio Sacerdotale, & il Cathechismo Romano.

Che sia prouisto di vestiti conuenienti, e modesti di sotto, & habbia la veste talare di color paonazzo con le maniche pendenti fin'à piedi, che le loro vesti non siano laceri, nè sordide, mà integre, e polite.

## Del Essercitij Spirituali.

TVtti i Seminaristi vnitamente ogni mattina, subito, che saranno leuati da letto à buon hora, vadano alla Chiesa Cathedrale, ad ascoltare la Santa Messa, e faccino oratione auanti l'Altare del Santissimo Sacramento per vn mezzo quarto d'hora, ringratiando Sua Diuina Maestà, per la custodia tenuti di essi, e delli beneficij, fattali, pregandola in quella miglior maniera, che sapranno à preseruargli per l'auenire da ogni periculo dell'anima, e del corpo, & illuminargli la mente acciò faccino la sua santa volontà, con recitare la Salue Regina, con l'oratione, (*Concede nos famulos tuos*) auanti l'Altare della Madonna, e poi se ne ritornaranno vnitamente à due à due nel Seminario, per imparare le scienze, finito l'esercitio dichino l'Officio della Madonna con le Lodi, & Hore infino à

Vespe-

Vespero, che recitaranno poi la sera, & ogni Lunedì l'Officio di Morti, il Giouedì dello Spirito Santo, & il Venerdì della Passione del Signore, nella Chiesa di Santa Catherina di detto Seminario. Et ogni settimana le trè parti del Santissimo Rosario, cioè nelli giorni di Domenica, Mercordì, e Sabato. Ogni sera similmente reciteranno nel medesimo luogo, Vespero, Compieta, e le Litanie della Madonna co'l *Deprofundis*, per li morti, dopò hauer fatto l'esame della conscienza, e chiesto perdono à Sua Diuina Maestà dell'offese fattegli in quel giorno, con ringratiarla delli beneficij riceuuti.

Nelli giorni festiui, reciterano tutti insieme nella Chiesa Cathedrale l'officio della Madonna, prima d'incominciarsi il Diuino Officio nel Choro, doue li Seminaristi, che sono più prossimi d'ordinarsi in sacris, assisteranno per impararlo, prouedendosi à tal'effetto d'vn Breuiario, & assistino poi alla Messa Conuentuale cantata, nè si partino da Chiesa, fin' à tanto sarà finita, seruendo all'Altare, Sacerdoti, Ministri, & Assistenti nelle cose necessarie, interueranno anco al Vespero cantato in detta Cathedrale, e trà tanto due d'essi andaranno co'l campanello, inuitando li figliuoli alla Dottrina Christiana, quali finito Compieta, recitaranno, con interrogare l'vno, e l'altro.

Si confessaranno almeno due volte il mese, oltre le feste solenni infrà annum, e si communicharanno, ogni terza Domenica del Mese, prima, ò doppo la processione del Santissimo, che si fà per la Chiesa.

Ogni Venerdì à buon'hora diranno le Lettanie delli Santi, innanzi all'Altare del Sātissimo; Et il Sabbato ad hore ventitrè diranno la *Salue Regina* cantata con le Letanie della Madonna nella sua Cappella.

## De' Costumi.

I Costumi de' Seminaristi saranno, quali si conuengono à Giouani, destinati al seruitio di Dio, deuono però, conforme al documento di San Tomaso, assuefarsi dalla fanciullezza à sopportar i pesi, per la salute dell'anime.

S'in-

S'ingegnaranno d'osseruare le buone creanze.

Saranno modesti nel caminare per le strade à due, à due, non mirando in questa, ò in quella parte, mà tenghino gl'occhi fissi in terra.

Nel parlare saranno moderati, e fuggiranno le detrattioni, maledittioni, ingurie, scorni, parole oscene, e sopratutto le bastemie, cō auertire di non detrahere la fama de' Superiori, e del prossimo, perche dispiace ciò grandemente à Dio.

Procurino d'honorarsi l'vn l'altro con fatti, e con parole.

Ogn'vno d'essi farà per se stesso il proprio letto, & auertiranno di tenerlo polito, e mondo, com'anco i proprij vestimenti, & la stanza.

Nel caminare per la strada salutaranno modestamente l'Ecclesiastici, così Preti; come Religiosi, e gli Secolari più riguardeuoli del Paese.

Non terranno arme di nessuna sorte, eccetto vn temperino, ò forbice con licenza del Maestro.

Quādo i Seminaristi perdaranno qualche cosa in Seminario, e non si trouarà, il delinquente, siano obligati tutti à sodisfare la robba persa, ò tolta, e trouandosi il delinquente, sia punito secondo la qualità del mancamento ad arbitrio nostro.

Portaranno tutti la corona clericale soprà il capo, la quale si rinoui ogni quindici giorni.

Non manifesti alcuno à forastieri i castighi, che si danno in Seminario à gl'Alunni, nè altre cose, dalle quali possino nascere scandoli, ò disturbi.

Non si discostino da Compagni, quando vanno à spasso, mà vadino, à due.

Nè giochino, se non a gioco, & a tempo permesso dal Maestro.

## Dell' officiare nella Chiesa Cathedrale.

OGni festa doueranno trasferirsi nella Chiesa Cathedrale, e coperti della loro cotta, recitaranno con li Canonici l'Officio Diuino, douendo due d'essi per ciascuna setti-

mana far l'officio di Misſionarij con dire li Reſponſorij.

Non Partiranno dal Choro, ſenza licenza del Prefetto del Choro.

Non guardaranno alcun Canonico, ò altro Eccleſiaſtico in Choro fiſſamente in faccia, nè meno quelli, che entraranno in Chieſa, ma douendo parlare, diranno ciò, che gl'occorre, con gl'occhi baſsi; e modeſtamente.

In Choro recitaranno gl'Officij Diuini con deuotione, attentione, e diſtintione, per imparare a recitarlo bene, quando poi ſaranno obligati, ottenendo qualche beneficio, ò conſtituti in ſacris.

## Delli Studij, e del Maeſtro di Grammatica.

ESſendo l'età de'fanciulli, ſe non ſarà rettamente inſtituita, come dice il Sacro Concilio di Trento, inchinata a ſeguir i piaceri del Mondo, e ſe da teneri anni, non verrà inſtrutta alla pietà, e Religione auanti, che l'habito de vitij s'impoſſeſsi in tutto degl'huomini, non perſeuera mai perfettamentre, e ſenza grandiſsimo, e quaſi ſingolar aiuto di Dio onnipotente nella diſciplina Eccleſiaſtica, ſaranno effetti però del Maeſtro del Seminar:o, à finche non ſolo habbia egli ſufficienza d'inſegnare à Chierici Alunni la Grammatica, l'arti liberali, e quelle coſe, che appartengono all'eſercitio dell'ordini, & all'amminiſtratione de'Santi Sacramenti, mà coſtumi ancora incorrotti, acciò poſſa con l'eſempio di ſe ſteſſo, inſtruirli alle buone creanze, & à quelle coſe, che ſono neceſſarie ſpecialmente à giouani deſtinati al miniſtero Eccleſiaſtico.

Non permetterà, che i Seminariſti leghino libri prohibiti, nè meno poco honeſti ò Romanzi.

Gl'inſegnerà la Grammatica, ſecondo le regole dell'Emanuele, con l'arti liberali, dicendo nel principio del ſtudio alternatiuamẽte cõ Scolari. *Veni Creator Spiritus* &c. & dopò l'otione. *Actiones noſtras* &c. durando l'eſercitio trè hore la mattina, e trè la ſera.

Gli

Gli spiegherà l'Epistole familiari di Cicerone, l'opre di Virgilio, e d'Horatio, di Lucano, e di Seneca, e d'altri Poeti, affinche apprendano solamente la lingua latina, e qualche eruditione, poiche per altro fine è prohibita da i Sacri Canoni à gl'Ecclesiastici la lettura di sì fatti libri di Gentili.

Si prohibiscono alli Chierici di legere l'Inuentioni de'Poeti, perche per lo compiacimento delle sciocche, s'eccita la mente à gl'incentiui della libidine. Onde si legge, che San Geronimo fù ripreso dall'Angelo, che essendo egli Christiano, hauesse atteso alla lettura de'libri de Gentili.

Mà deuono attendere alla lettura della Sacra Scrittura, e de'Sacri Canoni, libri morali, e spirituali, acciò s'indrizzi tutta la fatiga dell'Ecclesiastici alla predicatione, & alla dottrina.

Nel rimanente attenderanno essi Chierici allo studio, e specialmente di quelle lettioni, che dal medesimo Maestro di Grammatica gli saranno spiegate, secondo la dispositione della loro Classe, così nel premeditare, & ascoltare, come nel recitare dotte lettioni.

Quelli però, che sono più capaci doueranno essercitarsi nella lettura del Cathechismo Romano, e del Sacro Cocilio di Trento.

Li più prouetti attenderanno ancora alli casi di conscienza, valendosi della Somma del Toleto del Nauarro, ò vero dell'opre del Bonacina, ò del Diana, ò vero del Candido, e dell'Eminentissimo Cardinal Lugo.

Quelli, che studiano le lettere humane, parlaranno sempre in latino trà di loro, fuori del tempo della ricreatione.

Vna volta il giorno almeno attenderanno al canto Gregoriano, ò sia canto fermo, secondo gl'ordinarà il Maestro di canto, e durerà l'essercitio due hore, ò vna e mezza.

## Dell'Obedienza.

Doueranno i Chierici obedire prontamente, e senza contraditione alcuna al Rettore, qual carica deputiamo in

 per-

persona del Reu. D. Giulio Pisano, Parocho di Santo Nicolò di questa Città, che l'eserciterà vnitamente con l'vfficio di Procuratore, nel quale al presente si ritroua, & al Maestro di Grammatica, e di canto in quelle cose, che gli commanderanno, honorandoli, e rispettandoli come conuiene.

Quando gli parlaranno, staranno in piedi col capo scoperto, e con gl'occhi bassi, e modesti.

Non vsciranno dal Seminario, senza licenza del Maestro, nè senza compagno.

Niuno senza nostra licenza dormirà fuori del Seminario, nè anderà fuor di casa à mangiare, ò à far negotij senza licenza del Maestro.

## Della Mensa.

AVanti, che si mettino à tauola, faranno tutti insieme co'l Maestro la benedittione della Mensa, e finito il pranso, il rendimento di gratie, conforme si contiene nel fine del Breuiario Romano, & il Maestro debbia sempre mangiar nell' istessa tauola con li Seminaristi, & non in camera, nè prima, nè dopò di loro, senza legitimo impedimento.

Due per settimana seruiranno alla mensa, secondo che gli sarà assegnato dal Maestro.

Nella tauola sederà nel primo luogo il Maestro di Grammatica, e poi li Diaconi, e Subdiaconi, & vltimamente i Chierici conforme la loro età.

Durante la tauola vno Chierico de' serueni per settimana, portate le portioni, legerà qualche libro, secondo gli sarà ordinato dal Maestro, stando ogn'vno de' Chierici attento alla lettione, acciò possa render conto, quando sarà interrogato, e cauar quel frutto, che si conuiene.

Alla metà della tauola, ò dopo pranso, il Maestro potrà discorrere qualche cosa sopra la lettione letta, e fare, che tutti i giouanetti à vicenda, vna volta peruno, tacendo tutti, mentre vno risponde, dicano qualche cosa, sopra d'essa, ò rispondano à qualche altro dubio morale, e pio, che potrà l'istesso Maestro proporre.

Non

Non si sforzerà però alcuno à rispondere, che per modestia ò per altro, non hauesse, che dire.

Auertirà il Maestro, che nella tauola non s'vsi partialità alcuna, con li Chierici, e per dar buon'esempio, nè meno l'vsi esso, conforme si prattica nell'altri Seminarij delle Città grandi.

Quando saranno assettati i Chierici in tauola, e gli mancherà qualche cosa, non si leueranno da tauola per prouedersene, mà verteranno destarmente quelli, che serueno, acciò gle la somministrano.

Non doueranno i Chierici, leuarsi da tauola, dopò, che han finito di mangiare, senza che li sia fatto motto dal Maestro.

Finito di mangiare, il Maestro, e gli Chierici recitaranno le solite Orationi del ringratiamento, & vsciranno senza strepito alcuno dal Refettorio, & andaranno al luogo della ricreatione.

## Del Tempo della Ricreatione.

AFfinche i Chierici possano attendere con maggior applicatione à gli studij, potranno prendere ogni giorno due hore di ricreatione, cioè vna subito, che haueranno pransato, e l'altra doppo cena, raggionando tutti insieme modestamente, e senza contesa alcuna, auertendo di parlar cose honeste, & indifferenti, e che non cagionino disgusti trà di loro.

Si asteneranno però di raggionare della Nobiltà, & ignobiltà, potenza, e ricchezza de'loro parenti, acciò non seguano dispareri trà di loro.

Che s'astengono di nominare il Demonio, e di bastemiare il compagno.

# Del Rerttore.

APpartenendo al Rettore la cura de' giouani, dedicati specialmente al seruitio di Dio, & alla salute dell' anime, douera vsare ogni diligenza in esercitar il suo officio.

Non ammetterà in Seminario alcun Chierico per Alunno senza licenza nostra in scritto, e con l'obligo espresso nel primo Capitolo.

Inuigelarà, che siano osseruate da i Chierici le presenti regole, e però douerà farle leggere vna volta il mese à tauola.

Vserà ogni diligenza, acciò i Ministri subordinati à lui facciano l'officio loro, come si deue.

Non permetterà, che entrino in Seminario persone, che non hanno, che fare, & hauendo da trattare, siano presto sbrigate per non cagionar disturbo alli Chierici, nè permetterà, che vi entrino huomini, nè donne per cauar acqua dalla cisterna, come s'è visto per il passato, per non obligar i Chierici à lasciar l'esercitio, & andar ad aprire la porta, quale vogliamo, che stij sempre serrata, ne s'apra, se non quando bisogna eccetto però quelli, che hanno da pigliar l'acqua per far il pane, per il Semrnario, con auertenza, che si pigli la mattina dopo pranzo, ò vero la sera, in tempo, che li Scolari non stanno occupati all'esercitio.

Non permetterà, che alloggino in esso senza nostra licenza, altre persone, benche parenti d'Alunni, ò Conuittori, sotto pena à Noi arbitraria.

Quando s'ammalano i Chierici, gli faccia visitare dal medico, e procuri, che siano proueduti delle cose necessarie, e seruiti con ogni carità, e con l'assistenza d'vno dell'istessi Chierici, purche la malatia non vada in lungo, nè la spesa sia di consideratione, poiche attesta la tenuità dell' entrate, douerà farne relatione à Noi acciò possiamo prendere quella risolutione, che stimaremo spediente.

Hauerà facoltà d'affittare gli beni del Seminario, con riscuotere l'entrate d'essi, e spendere, ciò che sarà necessario al

mante-

mantenimnto de'Chierici,con notare ad vn libro à parte l'introito, & l'esito, e non farà spese grosse, senza nostra participatione.

Sia tenuto à far'l'Inuentario in presenza de Testimonij di tutte le robbe,e supellettili del Seminario per render poi conto al Successore.

Sarà vigilante in fare, che i Chierici viuano co'l timor di Dio, & attendano allo studio, e vedendo qualche disordine, ne dia relatione à Noi, quando sia di consideratione, à finche gli si diano l'opportuni rimedij.

Osseruerà con ogni diligenza i costumi delli Chierici,& accorgendosi di qualche loro difetto, gl'auertirà paternamente, acciò si rauuendano,con dare quelle penitenze,che giudicherà espediente, e quando non le volessero accettare, douerà ricorrer da Noi.

Non vogliamo, che s'ammettino alla Scuola Chierici non ascritti al Seminario, e secolari, senza espressa nostra licenza.

Auertirà, ch'i Chierici s'alleuino con spirito, zelo discreto; e buoni costumi, douendo esser specchio di tutti gl'altri.

Hauerà cura della loro sanità corporale, e non permetterà, che faccino disordini di sorte alcuna, e massime quando vanno fuori del Seminario,e così alla Chiesa,come à ricreatione.

Disporrà, e determinerà l'hore quotidiane, acciò l'esercitio del Seminario, vada con ordine, e con regola.

Inuiglerà, ch'i Maestri, di Grammatica, e di canto, faccino l'officio loro, come si conuiene, e trouando mancamento, ci ne dia schietta relatione,incaricando in ciò la sua conscienza.

Renda ogn'anno conto della sua amministratione al nostro Vicario Generale.

Del

## Del Maestro di Canto.

DOuerà il Maestro di Canto far quest'officio con quella charità, e diligenza maggiore, che gli sarà possibile, e tratterà con i giouanetti con quella grauità, e maturità, che si conuiene ad vn Maestro, il quale deue insegnare à cantar le diuine lodi, le quali, se non sono congionte con la bontà interiore, non sono gradite alla diuina Maestà.

Farà ogni esatta diligenza, che i Seminaristi siano ben sicuri nel canto fermo, & insegnarà à quelli, che saranno più idonei il Canto figurato, & à sonare il cimbolo, accioche possano poi guidare l'organo della Cathedrale.

Insegnerà due hore, ò vna e mezza il giorno la musica à Seminaristi, & ad altri con nostra licenza.

Non lascierà, che cantino, se non canzoni morali, e sacre, ò vero motteti Ecclesiastici, e bandirà da loro ogni sorte di canto amatorio, e profano, e massime osceno, e disonorato.

Procurerà di dar la lettione del canto ad hora, che non dia scommodo alli studij maggiori delle Scuole.

## Del Lettore.

IL Lettore legerà à tauola quel libro, che gli sarà assegnato dal Maestro, legerà chiaro, e distintamente, finche dall'istesso Maestro gli sarà fatto segno, il quale hauerà cura di fare, che la lettione si finisca à tempo, che possa dire qualche cosa sopra d'essa, ò altro dubio, nel modo detto, altroue.

## De Constitutionibus.

COnstitutiones Synodales, à Nobis in præsenti Synodo modò editas, & publicatas ad Cleri, & Populi mores reformandos, disciplinamque Ecclesiasticam, in puritate fidei, Diuinorum Cultu Sacramentorum administratione, Sacro-

rum Locorum, ac rerum veneratione, retinendam, firmas, & ratas esse volumus, & decernimus, & inuiolabiliter ab omnibus obseruari præcipimus, & mandamus, propositis, contrà secus temerario ausu facere præsumentes, pœnis, tàm spiritualibus, quam corporalibus in illis contentis, alijsque arbitrio nostro pro culpæ modo grauioribus infligendis, cæteras autem à Prædecessoribus nostris in Synodis editas, & publicatas, præter contentas in Synodis Prouincialibus irritamus, annullamus, & nullius roboris esse decernimus, & declaramus.

Nè autem earundem Constitutionum ignorantiam quisquam prætendere possit, mandamus omnibus, & singulis Archipresbyteris, Rectoribus, alijsque curam animarum habentibus, & præcipuè Vicarijs Foraneis, vt infrà bimestris spatium, postquam impressæ fuerint, eas sibi comparasse debeant.

Qui verò elapso termino penès se easdem habere neglexerint, vnius nummi aurei pęnam soluat, & niholominus ad executionem huius Decreti omnibus Iuris remedijs compellatur.

## De Pœnis.

TRansgressoribus Synodalium Constitutionum, ac Decretorum, pluribus in locis nulla est adiecta pęna, quia cupimus omnes, ad quos spectat, ad eas, & ea obseruanda, duci formidine mulctæ, sed recti, ac virtutis amore, verum animaduertens, quod si ab eis omnis pęnarum metus arceatur, conditio fragilis naturæ nostræ ad peccandum pronior, patentem sibi sternat viam ad contumaciam. Idcircò statuimus, & decernimus, omnes, & singulos, ad quos spectat, qui contrà nostras Synodales Constitutiones, & Decreta deliquerint, pęnis tàm pecunarijs, quam exilij, & alijs etiam corporalibus nostro arbitrio fore puniendos, & nè quis prætextu ignorantiæ, vel alterius fictionis excusare se valeat, volumus elapso bimestrià die, quo fuerint venalia, exposita nostræ Constitutiones,

& de-

& decreta, omnes, tàm absentes, quam præsentes ad earum obseruantiam teneri, eosque omnes afficere, ac si per trinam, ac peremptoriam monitionem fuissent personaliter admoniti.

Confidimus autem in Domino, omnes, ad quos spectabit, futuros esse sollicitos ad integram harum Synodalium Constitutionum obseruantiam.

Deum hæc omnia, sicut ad maiorem Omnipotentis Dei, Deiparæque semper Virginis, ac Beatæ Anastasiæ, Virginis, & Matris, huius nostræ Ecclesiæ Titularis, laudem, & gloriam, salutemque animarum, à Nobis sunt ordinata, ità Sanctæ Matris Ecclesiæ correctioni, atque emendationi libentissimè submittimus.

Franciscus Falabellus Archiepiscopus Sanctæ Seuerinæ.



ORATIO

# ORATIO

## Habita in Cathedrali Ecclesia

# SANCTÆ SEVERINÆ

*A Iosepho Palmerio Cutrense Parocho Sancti Nicolai.*
*In Sessione prima Synodi Diœcesanæ.*

AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

## FRANCISCO FALABELLO

## ARCHIEPISCOPO.

*Celebratæ Anno* 1668. *Die* 28. *Octobris:*



ES equidem est, Illustrissime Præsul, amplissimique Patres, magni ponderis regimen animarum, multisq; obstrusa difficultatum obicibus. Nullum ab hominibus negotium agitur hoc ipso vel excelsiùs, vel periculosiùs; Excelsius, inquam, ob muneris præstantiam, cum purgare, illuminare accendere, quæ Pastoribus ab Areopagita Dyonisio tribuuntur, humanam quippè facultatem superent, & conditionem. Periculosiùs ab discriminum Syrtes, cum difficillimum sit plenum opus aleæ. Hominum animal omnium maximè varium, & multiplex ad Deum, qui stabilitas ipsa, atque simplicitas est adducere, quod si non fiat vel minima Pastoris iniuria, de manu eius ouium sanguinis exquiretur, quas infernalis Prædo vorauerit. Hinc Sancti Patres satis aperto testimonio illud asseuerant onus non Atlanticis tantùm verùm etiàm Angelicis humeris formidandum. Iure igitùr

optimo Occumenica sanxere Concilia Sancti quidem Spiritus impulsu, vtpote in eodem legitimè congregata, vt Synodales Conuentus ad id prouidè,& salubriter exercendũ conuocentur, vbi sociatis eorum consilijs, qui plura experti sunt, discussisque sententijs, quid facto opus esse ad dirigendos ouium gressus in viam pacis consocientur, & labores. Magna negotia magnis indigent adiutoribus, plusque vident oculi, quàm oculus, nec alibi salus,quam vbi multa consilia. Cæteras creaturas omnes solo verbo fiat, vt patet in Genesios ebræxtu Deus Optimus Maximus è nihili visceribus extraxit in lucem. Fiat firmamentum, fiat lux, fiant luminaria, & factum est ità. Sol creatur nulla deliberatione præcedenti, eodemque pacto Cælum, æther, sydera, interiectus inter hæc, & nos aer, mare, terra, animalia, plantæ omnia vno Dei verbo in ortum producta sunt. Cum autem ille rerum vniuersitatis Creator ad hominis fabricationem deuenisset, mutat dicendi modum, aliavtitur phrasi, & quadam cum consideratione accedit. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem,& similitudinem nostram. Consilium præmittit vires vocat, auxiliares suæ diuinitatis copias recenset, & in solius hominis opificio, vt ità dicam, quasi intèr angustias depræhensus conciliatur, seque totum occupat. Tantæ molis erat naturam condere humanam? Eadem; vt subleuetur è lapsu, vt è faucibus eripiatur tartari, quo diuini transgressione præcepti inciderat; Deus ipse trabea nostræ mortalitatis indutus, quos labores non pertulit? quæ tormenta non sustinuit? quibus iniurijs non est passus? cui passioni non fuit obnoxius? tanquam Agnus mansuetus crudelissimis modis ad aram trahitur immolandus, tanquam vile mancipium flagellis vapulat incessantibus, tanquam Rex ignominiæ arundineo donatus sceptro frontem obtegitur præacutis paliuris in coronam efformatis; Cruci tandem famosus tanquã latro clausis effossus affigitur, vbi suo sanguine effuso, communis damnationis chirographum deleuit, & mortuus iàm mortuis ob peccatum animabus sua morte vitam peperit. Hinc satis, superque apparet quanti momenti sit animas regere, tantæ diuini consilij creatas examine, tanto diuini sanguinis redemptas prætio. Hoc ante oculos Illustrissime Domine, tù

semper habuisti, in huius considerationē; nunquam non es versatus, memorque illius oraculi apud Ezechielem denotati nempè esse ego ipse de manu vestra requiram oues meas, quas prudentiæ partes, quam sollicitudinem, quam constantiam, quam fidem non ostendisti? Vt tuæ modestiæ obsequar, recensere omitto quicquid gloriæ in Ecclesiasticis Præturis tua nunquam satis laudanda virtus produxit, vbi omni molimine curandum ibi proposuisti, nè iustitia, vel in odium, vel in quæstum, vel in priuatum deflecteret affectum. Sub silentio prætereo quicquid egisti, cum Vicarij Apostolici in pluribus huius Regni Ciuitatibus munere fungereris, quo tempore nihil vnquam attentare visus es, quod nomen nō addeceret Apostoli cum, quo tempore Ecclesiastica disciplina, vel sustentata est à te nè laberetur, vel si qua ex parte collapsa ad pristinam redacta serenitatem. Taciturnitati contigno quantum laudis es promeritus, cum vices in Ianuensi Ecclesia pro Eminentissimo Cardinali Duratio substituisti, vbi æqui, rectique tenax, quæ ad publicam respicerent tranquillitatem complexus, ea quæ officerent reiecisti, totis incumbens viribus, vt vitium vergeret ad occasū, vt virtus ad suæ claritatis consurgeret apogæum. Enim verò nè perorationi, ad quam festinat oratio longior efferatur mora, attingam solummodò, sed modicè, ac veluti perfunctoriè, quæ vidimus ipsi, quæ nostræ manus contrectauerunt in hac gubernanda Diœcesi, clarissima nempè tuæ probitatis testimonia. Statim igitur, ac Metropolitanæ huius Ecclesiæ ab Alexandro VII. fœlicis recordationis infula, tuis meritis sic exigentibus, fuisti decoratus, considerans, quæ sint veri Prælati partes forti animo prouinciam suscepisti; Nèc alio prospexit tui maturitas consilij, quam vt oues tibi creditas à mundi illecebris auerteres, ad diuinum inflammares amorem, ad cælestia pascua dirigeres. Dei zelum præ oculis habens, hinc omnium tuarum actionum lineas incipere, hùc terminari conatus es. Vnicam hanc Cynosuràm tibi obseruandam statuisti, nec aliò tuus deflexit affectus, Periti Naucleri imitatus industriam, qui viam arripiens per vorticosos Oceani fluctus polare Sydus prospicit, vbi sibi lumen cæcas inter voragines mutatur ad dirigendum suæ nauigationis iter. Et licet aduer-

sis

ſis debachentur flatibus Aquilones in vndarum globos eri-gantur æquora, horrendis inſonet mugitibus æther. Si adhuc ipſe ſui habeat ſyderis aſpectum nullum timet periculum; forti progreditur animo,nec deſperandum putat deſiderati littoris appulſum: Non aliter tanti regiminis nauigationem es auſpicatus, fælicique tranſitu, vſque adhùc Syrtes omnes percurrerere tibi contingit Sydere diuini numinis affulgente. Innotuit iàm tui animi vis imperterrita,prò comperto habetur quam benè tanti nauigij clauum teneas, vel ſeuientes fluctus declinando prudenter, vel excipiendo fortitèr, qua virtute horribile monſtrorum occurrentium formas, atque impetum imminuas, ſuperes, infringas; Iam ſatis innotuit quam acerrimum immunitatis, iuriſdictionis, libertatis Eccleſiaſticæ tè oſtendas propugnatorem, adeò vt potius ſanguinem effundas quam aliqua in parte labefactari conniueas, pro cuius defenſione, non labori, non fortunis peperciſti tuis, imò vitã ipſam mille obijcere promptus es periculi, Quid de iuſtitia diſſeram? iam ſatis, ſuperque patet,quam incorrupta lance Aſtreæ trutinam ſuſtinens liberator ingenuus, eò tantummodò inclinandam, quò ius aduocaret. Satis, ſuperque patet quam benè innocentibus præmia decernas, vt qùo gratioſes videntur, eo vegetiores effecti adoleſcant ad bonum, augeantur ad laudem, quam benè reis infligas ſupplicia, vt territi emendationi propinquent, maloque reiecto habitu, ad meliorem reuocentur frugem, ità tamen inter clementiam partitus, & ſeueritatem, vt paruis veniam, magnis rigorem deputes flagitijs, nec pęna ſemper, ſæpius pęnitentia contentus. Super Eccleſiæ candelabrum conſtitutus optimi exempli lumen omittis efficax,mirabilem effundis nitorem,adeò vt diſcuſſis tenebris,quæ Subditorum animos occupauerant ac Solem Iuſtitiæ vnuſquiſque conuertatur, & properet. Non gloriaris præeſſe, ſed intento animo, ſed vigilanti cura prodeſſe ſatagis. Te conſpicuum non fecit gradus, ſed virtus, non dignitas,ſed honeſtas, non honor, ſed onus tàm ſalubritèr exercitum. Heù quot antè dignitatis adeptionem, vt Chriſologus inquit commendabiles extiterunt,ſed in Cathedram elati lucem in tenebras, famamque conuerterunt in infamiam. Melius pleriſque fuiſſet

adhuc

aduc latere ſub modio, quam gradus appetere; quam digni-
tatem aſcendere, vndè eorum turpitudo latiùs diuulgaretur,
non hoc Nobis timendum. Tu enim in cuiuſque ætatis inter
capedine, in omni fortunæ ſtatu tenaciſſimus innocentiæ cul-
tor, & bonitatis extitiſti; Creuit honor, & cum honore creuit
ſimul, & probitas, in altiorem gradum extolleris, ſed cum gra-
du melior efficeris, non propria commoda reſpicis, ſed ouium
ſollicitè proſpicis ſaluti. Toties igitur viſitato grege, ac ſalu-
taribus imbuto præceptis, & iàm defenſis tuæ Eccleſiæ iuribus
à Turbatorum iniurijs, quæ tuum animum huic facinori iam
pridem intentum alio diſtraxerunt; Nunc demum Synodum
conuocas, nempè, vt in lucernis iam illuſtrata Ieruſalem, eiuſ-
que detectis vulneribus miniſtrorum operam adhibeas ad me-
delam, eis præſcripturus, & oleum quo leniant, & ferrum,
quo reſecent, nempè, vt cognito iam vndè animarum Ciuitas
facilius graſſantium hoſtium patet incurſui, commilitones ex-
cites ad præſidium, eis vigilantiam ſuaſurus, & fortitudinem,
cum non ſit Nobis colluctatio aduerſùs carnem, & ſanguinem,
ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cæleſtibus. Ad hoc, Pa-
tres Ampliſſimi conuocamur. Actio celebratur Synodalis, vbi
expendentur modi, quibus reformata Diœceſis ad ſuum priſti-
num conſurgat nitorem; Vndè dabantur oracula diuini qui-
dem afflatu, quod in medio noſtrum adeſſe certò ſcimus, quan-
doquidem in eius nomine congregamur, quibus corrigantur
exceſſus, deprauati reformentur mores, & controuerſiæ com-
ponantur ad ædificationem populorum, fideique præſidium.
Iacet equidem, ò vtinam non iaceret, in lecto paralyticus puer
noſter, & malè torquetur, Populus nempè noſtræ commiſſus
vigilantiæ, noſtræ curæ demandatus, peccati morbo laborat
deplorabili, & infernalis colubri dente ſauciatus torpeſcit ad
bonum, exæſtuat ad malum. Cùr igitùr non properandum
ad antidota? medicamentum hinc ſalutare præſtabitur ægroto
quamcitiſſimè propinandum, vt excuſſo violentiæ lethargo, ad
priſtinam ſalutem conualeſcat. Sed poculo hoc ſalutifero nos
primum inebriemur, chariſſimi nè parœmiæ illius in Euangelio
per Saluatorem denotatæ, Medice cura te ipſum, occaſio tri-
buatur obijciendæ. Militia eſt vita hominis ſuper terram;

conti-

continuum, & atrox bellum imminet, nec vnquam desinit humani generis perpetuus hostis, vel aperta vi inuadere, vel occultè insidiari. Tanquam Leo rugiens, circuiuit quærens quem deuoret. Nostram hæreditatem diripere, vel nè eam assequamur impedire procurat. Heù quot parat insidias, quot laqueos tendit, quot mouet conflictus. Ibi promptior est ad tentandum, & fortiores eiaculatur saggittas; vbi maius reluctamen agnoscit. En lectulus Salomonis, quem ambiunt sexaginta fortes omnes ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum lectulum istum Aduersarius oppugnare, & expugnare, si posset intentat? Quis autem iste lectulus, nisi hæc Diœcesis? Sed vbi est Salomon? eius personam sustinet Præsul Illustrissimus. Quinàm sexaginta fortes? Vos estis Patres Amplissimi, qui ad ministerij consortium, & ad curandi gregis participationem estis addicti. Induite igitur vos armaturam Dei, state succinti lumbos vestros, galeam salutis assumite, & gladium spiritus. Enses ancipites non in vaginis rubiginosi deliteant, non ad ornatum tantum è latere pendeant, sed sint in manibus vestris ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Hodiè è suis armamentarijs nostræ militiæ Antesignanus, arma profert, quibus adaugeatur in templis cultus, injiciatur cupiditatibus frenum, frænetur in adolescentibus impetus, contrahantur libidini habenę, grassantibus obijciantur sceleribus repagula, bella vitijs denuncientur, virtutes restituantur, expellatur morum immanitas, æquitas in homines reuocetur; Quæ omnia assequi facillimum, si decreta Synodalia attentè seruemus, & studiosè ab alijs obseruari satagamus, facit vnitas, quod non facit vnus, & veluti in naui propellenda magni refert, si eodem tempore remis incumbatur, & in trahenda machina, quod singuli non facerent, multi iunctis viribus consequentur, ità copulatis laboribus conuocatæ Synodi finis habebitur,

FINIS.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Palatij Apostolici.

*I. Archiep. Vrbinat. Vicesg.*

---

IVbente Reuerendissimo Patre Hyacinto Libello Sac. Pal. Apostolici Magistro, legi Diœcesanam Synodum, ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. D. Francisco Falabella Ciuitatis Sanctæ Seuerinæ Archiepiscopo, anno Domini M. DC. LXVIII. in Cathedrali Ecclesia eiusdem Ciuitatis celebratam, eamque reperi dignam, vt prælo committatur, cum omnia, quæ in ea continentur, consona sint pietati, religioni, moribus bonis, & nihil aduersetur Sacris Canonibus, Concilijs, aut Summorum Pontificum Constitutionibus. In quorum &c. ex Monasterio S. Pudentianæ die 17. Augusti 1669.

***D. Iulius Bartoloccius Visitator Generalis &c.***

---

*Imprimatur,*

Fr. Hiacynthus Libellus Sac. Pal. Apost. Mag.

